



Colloquia duo elegantissima, alterum Sensus & Rationis, alterum Adulationis & Paupertatis, quibus uiua humanae uit[a]e imago exprimitur

<https://hdl.handle.net/1874/452591>

COLLO-

QVIA DVO ELEGAN-

tissima, alterum Sensus & Rationis,
alterum Adulationis & Paupertatis,
quibus uiua humanæ uitæ
imago expri-
mitur.

IOANNE ARTOPGEO SPI-
rensi autore.

EIVS DEM, ARBOR
Eruditionis, & in eandem
Oratio.

Quibus propter elegantiam singularcm, et argumen-
ti affinitatem, adiunximus PANDVLPHI
COLLENVTII Pisaurensis' Apologos, Ages-
noriam, Misopenem, Alithiam, Bombardam,
Herculi Estensi Ferraricensi
Duci dicatos.

BASILEÆ.

GENERE ET EXPÉ-
rientia claro uiro, D. IOACHIMO SCHIL-
lero ab Herderen, Medico, patrono suo unicè
colendo, Ioan. Artopœus Spirensis.

S. P. D.



Oalent, uir expertissime,
qui bene meritis gratiā
reponere studēt, et tem-
porum & locorum cap-
tare opportunitatē, qua cumulatim
accepta beneficia referat. siquidem
ut Græcorum est prouerbium, ἀνθε-
ρος δύναται οὐδέποτε πλειστηρός.
Quare ne gratiam aucupantes, in o-
dium incident, quēcū demereri labo-
rant, eum offendant, lapidē mouent
omnem, ut temporī loco cū seruant.
Quod ipsum & mihi subinde curae
fuit, ut pro multis in me collatis offi-
cij, tandem in aliqua parte responde-
rem, & occasionis oblatæ diligētem
curam agerem. Cum igitur nuper à
quotidiano docendi munere paulo
levatus essem, & à serijs studijs Iuri-

a z dicæ

dicæ facultatís aliquandiu secessis-
 sem, operæpreciū duxi illud ocium
 tibi tuoq; honori impēdere, ne pro-
 fus benefactorū me immemorē es-
 putares. Tanta enim sunt (fateor)
 tua in me merita, ut reponēdis obse-
 quijs par esse nequeam. Sed quæ
 tua est integritas, animū gratum ma-
 gni officij instar habebis: memor, ut
 non omnibus cōtingit adire Corin-
 thū, ita nec cuilibet permīsum esse,
 omnia prout expedit, et animus con-
 cupiscit, efficere. Attamen quan-
 do animus datoris est optimus, non
 est quòd anxiè solitus fiduciam o-
 mnem abiçiam, sed quoad licet re-
 spondere conabor, non datis uel mu-
 neribus, uel te dignis honorarijs,
 sed literario & studio homine di-
 gno tuorum in me meritorum pra-
 mio. Quale, inquies, illud est? Tale
 fane, quod testetur memorem in te
 animū esse: qui licet nequeat, tamen
 respondere cupiat. Cum nuper de
 septem ætatibus Dialogismum con-
 scripsissem,

scripsisse, & in ædibus tuis inter-
uentu puerorum recitasse, postea
euulgare decreuissesse, utroq; dignū
esse putaui, si tuis auspicijs hoc qua-
lecunq; opus prælo committerem:
præsertim, cum te huius generis stu-
dio ualde delectari sciam, qui natura
duce honestis iocis gaudes, & om-
nia hilaritatis munia rite obis, nec
minori studio iuuentutis rectam in-
stitutionem amplecteris. Qua de re,
cum præsens hoc cōmentum utriq;
uoto consonet, alacrius in tuum no-
men cōsentire cœpi, ratus quām cō-
modissimè sub tuo patrocinio hanc
fœturā ingenij in manus doctorum
hominum peruenturā, cum non pa-
rum & gratiæ & dignitatis tuum no-
men secū adferat. Suscipe igitur uir
clarissime, beneuolētiae & obsequiū
argumentum, suscipe gratum facien-
di studiū, suscipe necessitudinis uin-
culū, & amoris nostri dulcissimum
alimentum. Vale: Vormaciæ, deci-
mo sexto Calend. Iulij.

COLLOQVIVM
 SENSVS AC RATIO-
 nis, uiuam humanæ uitæ imaginem
 exprimens, Ioanne Artopœo
 Spirensi autore.

PRAEFATIO.



Onet, spectator optime, presen-
 tis forma temporis, monet status
 humanæ conditionis, monet de-
 niq; nostræ uitæ dubius euëtus,
 ut honesta uoluptate, animos cu-
 ris ægritudinibusq; saucios subinde reficiamus,
 lepida spectacula, honestos lusus exhibeamus,
 sorti humanæ perquam miserè pessum cuncti suc-
 curramus: hoc est, quid honestū sit, quid equū bo-
 numq; proponamus: quid iustæ rationi aduerser-
 tur, omnium oculis subjiciamus: æternæ denique
 fælicitatis memoriam renouemus. Quare ut om-
 nibus his mos pariter geratur, tibi corona cele-
 bris adsum, pro ingenij uiribus ac Minerue bene-
 uolentia singulis ordine responsurus. Responde-
 bo autem, hoc adolescentū choro in medium ad-
 ducto, qui salubres iocos edat, uoluptate condi-
 tam orationem referat, quodlibet genus homi-
 num recti officij admoneat, spem futuræ glorie
 cunctis

cunctis patefaciat, qui huius corporis inclusi er-
gastulo ad supera regna ipsi uotis euadere con-
tendunt. Ad uoluptatem quod attinet excitandam,
hæc erit instituti ratio. Spectabis humanæ uitæ
imaginem, uarias ætates cognosces, quo singulae
delectentur animaduertes. Neque deerit disparis
conatus autor multifarius, Sensus uidelicet, qui
sedulam dat operam, ut humanum genus exter-
nis illecebris atq; illectamentis circumueniat, cir-
cumuentum in suum ius redigat: hoc est, à iusto
uitæ tramite in via seducat. Accedet adhorta-
trix Ratio, mascula fronte assumpta, cuncta in di-
uersum reuocans, quæ honestatis proponet for-
mulæ, sui quæq; officij admonebit: quid puerum,
quid adolescentem, quid iuuenem, quid uirum, quid se-
nem, quid decrepitum deceat, ipsa luce clarius de-
monstrabit. Neq; utriusq; euentus occultabitur,
sed in apertū proferetur, quid mercedis reporta-
turus sit qui Sensus in uerba iurarit, uoluptatis il-
lecebris captus officij curā repudiauerit, honesta-
tis deniq; uiam contēpserit: quid Rationis affecla-
gaudijs sperare posse, quo successu nitatur, quam
expectationē foueat. postremò (quæ hominū in-
solens est temeritas) constabit, omnes Sensui assi-
stere, Rationem aspernari. Tu igitur ornatiſſi-
ma concio, præsentibus animis, purgatis auribus
adsis, ut huius & uoluptatis & commoditatis

particeps efficiare. Nos dabimus operam, ut omne fastidium absit, molestia excludatur, uniuersum iucunditate, tum gratia commendentur.

INTERLOCUTOR.ES.

Sensus	Iuuenis	Senex
Ratio	Philumena	Decrepitus
Puer	Vir	Mors.
Adolescens	Cannius.	

SENSVS.



Vnde dulce est, semper uoluptate perfrui: ubiq; usque rijs colorum speciebus, ac imaginibus oculos pascer: dulci sono, suavi harmonia aures oblectare: nimirum gratia condito, nares delinire, & ueluti hamo dulciq; esca capere? Quam pulchrum est mellita degustare, ut hodiernā uoluptatem crastina dies referat? Quantæ felicitatis est denique, nil non molle acceptumq; tangere, iucundum contrectare, amplecti, exosculari? Siquidem cum grata oculis contingunt pabula, toto nil est corpore quod non gestiat, & lætabundum exultet. Si formant diu ex optata uidere cōtigit, Deus bone quam redundans delectationis materia obtigit? cessant curae, cessat omnis mentis agitatio: ex præsentibus cunctis

cuncta metior, nihil quæ absunt reputans. Si puerum
 ellam aspicere dedit usus, omnibus eam præfero,
 Helena formosorem, Penelope castiorem, Lu-
 cretia pudicam magis æstimo. Sin adolescentem,
 solum dignum arbitror qui forma Paridem, con-
 stantia Torquatum, prudentia Solomonem exu-
 peret. Quid multis? video nihil quin placeat,
 quin unicè me delectet. Audio uocem, adeò me ra-
 pit, & suspensum detinet sonus uarietas, ut mu-
 sarum concentum multo uiliorem, ac minori gra-
 tia instructum putem. Non me auocat musica im-
 paribus distincta interuallis: adeò quod præsens
 est, rebus antepono omnibus. Odores, si qui nari-
 bus irrepserint, me totum sibi uendicant. Deniq;
 molium contactus efficit, ut aspera exhorrescam,
 grata uicißitudine delecter, nunc frigore æstum,
 nunc frigus calore mitigans. Qua de re neq; ri-
 goris quicquam habeo: nil ita perpetuum ample-
 flor, ut non aliud oblatum prius habeam. Quod
 nunc charum & delectatione plenum uidebatur,
 mox oblata noua specie in diuersum rapior. Si
 quidem grata nouitas, & uarietas omni delecta-
 tione referta, omni gratia redimita est. Idcirco
 me uniuersi leuem, me inconstantem prædicant,
 qui affectibus ita subiaciam, ut ijsdem sedulò ob-
 sequar, & instar harundinis modo in hanc, mo-
 do in illam partem uentis agitatus declinem. Sed

nesciunt iniqui rerum iudices, quām inconsideratē arbitrentur, mihiq; surdo canant fabulam, qui malo sic beatus esse, quām in aliorum sententiā descendens, unā cum ipsis perpetuam experiri miseriam. Clamat Ratio, fortiter aduersator, in prosperis exultare desiste, modicē rebus utere, uersutiam refuge: quasi cum doleā, gestire: cum læter, dolere debeam: cum multa suppetant, partis nō perfriui, nō calliditate mea uti debeam. Valeat Ratio, sic nō expedit: malo meo more uiuere, quām hactenus cum ratione desipere. Hac de causa prodij, ut humanum genus (cui & seruire & prodesse me cōtigit, summo rerum opifice id ita decernente) à tali errore liberem, inq; meā sententiam pertraham, cui iam diu insidiatur Ratio, & in suam hæresim pertrahere nititur. Cui ne acquiescat, cautio est. RATIO. Recle in nautica disciplina is grauem notam sustinet, qui communem nauis salutem negligit, sua dunt taxat rationem habet: non quomodo seruentur omnes cogitat, sed qua ipse uia emergat, prospicit. Immemor hoc uiri boni officiū esse, propriā felicitatem negligere, caput maximis periculis exponere, ut rebus omnibus opem ferat, & in cōmune consulat. Quid enim Decios, Romane urbis principes uiros, induxisse putemus, ut seip̄os pro publico bono deuoueret, suaq; morte patiā

triam à discrimine liberarent? Quid Curtium?
 Quid sollicitauit Regulum, ut hostibus datam fi-
 dem propriæ saluti anteferret, malletq; patriæ re-
 bus quam proprijs subseruire? Certe nihil quam
 prudentiæ, quam integritatis amor. Eapropter
 & nostris sum egressus ex latebris, ut commune
 bonum adiuuem: periculum facturus, si quem in
 meam sententiam pertrahere, solidisq; fundamen-
 tis persuadere queam, ut tandem erroris caligine
 sublata, ueritatis lumen acceptet, falsas opinio-
 nes repudiet, rem ipsam paulo altius considerare
 satagat. Video enim, quamuis in abditareclusus,
 quam pauci cū consilio agant, sed temere in p̄
 ceps ferantur homines, neq; ea quæ præterierunt
 attendunt, pensiculantur, introspiciunt: præsen-
 tia connuentibus oculis, & ueluti per transen-
 nam intuentur, futura prorsus negligunt: ut ni-
 bil consideratē faciant, sed omnia temerario nisu
 apprehendant. Doleo igitur, & ad humanæ sor-
 tis uicem ingemisco, quoties præposta iudicia,
 turbatos animos uideo, qui celeri cursu in pro-
 priam feruntur miseriam, atque tanquam sorices
 proprio indicio pereunt. Sed mirum non est, quia
 toties meo suasu admoniti non parent, sed mea
 dicta omni pietate & utilitate instructa auersan-
 tur, reiçint, & ueneni instar longè lateq; effu-
 giunt. Quis sim, roget aliquis. Me Græci Λό-

ἅρη, Rationem Latini uocant. Nō cedit unquam,
 qui me ducem sequitur: nō lēditur, qui meis pre-
 fidijs est instructus: non perit, cui mea pharmaca
 sapiunt, sed fœlix Lætusq; res agit, uictor repor-
 tat gloriam, beatus triumphat seriò. Hęc cum nō
 uideant homines, falsa existimant, meq; tanquam
 inutilem atrocemq; aspernantur. Atqui adeò hu-
 manam fœlicitatem sitio, ut crebro reiectus, ite-
 rum tamen ueniam, confidens me tandem opera
 facturum precium. Sed multa iam lux est, miror
 neminem hominum occurrere, qui salutifera me
 præcipientem audiat. Verūm nisi me animus fal-
 lit, ex longinquo aliquem prospicio, ita lacerum,
 uestibus dissecutum, lancea armatum, gladio cin-
 etum, barba uultuq; toruū, pedibus expeditum,
 qui non secus iter accelerat, quām si homines ca-
 pere, omniaq; sibi subigere uelit. Evidem su-
 gam capessere inciperem, huicq; uenienti locum
 dare festinarem, nisi confirmatus animo, & recti
 conscientia instructus essem. Adibo. Salve hospes:
 quid in his regionibus te conspicio, tali ornatu,
 eo habitu amictum, qui & mihi est infrequens, &
 nostris æqualibus nequaquam gratus? SENS.
 Nō miror tibi omnia & noua & inuisa esse, que
 in me uides, cum inter utrumq; tanta cadat dispa-
 ritas, ut contradic̄io nulla maior uel sit, uel habe-
 atur. Nam hoc nobis tacētibus, res ipsa loquitur.
 Siquidem

Siquidem in contraria nitimus, oppositos fines
 spectamus. Hunc autem in locum ueni, ut meum
 animum oblectem, ac meæ sententiæ affectas ui-
 deam, eorumq; consuetudine perfruar, præser-
 tim cum in ore sim omnium, omnes me colant, su-
 spiciant, ac uenerentur. RATIO. Eodem nomi-
 ne huc in locum prodij, experimentū ut capiam,
 num quas prisca virtutis reliquias inueniam, qui
 meo lumine illustrati, recte & sapienter uitam
 instituant, institutā sedulò exerceant, ne & mihi
 hoc tempore mea uoluptas desit. SENS. Qua-
 re hoc inquis tempore? RATIO. Quia & ipse
 naturæ ductus lœta tempora coarguit: germinat
 arbores, uiorem amissum recuperare student,
 terra gramen edit, frugesq; parturit, nec ullum
 corpus est quod nouitate redeuntis æstatis non
 gaudeat, & bellissime afficiatur, ut non abs re &
 ipse consueta reliquerim, atq; hunc locum inso-
 lens adierim. SENSUS. Age conemur uterq;
 consilio tu quidem, aspectu ego, homines in di-
 uersa studia pertrahere, quemadmodum longo
 interuallo ipsi disiuncti sumus. Ad me quod arti-
 net, angor minimum, plerosque in meam senten-
 tiam manibus pedibusq; ituros, qui malint uolu-
 ptatis gaudere illecebris, quam rationis dogma-
 ta amplecti. RATIO. Ne tam quidem ô bone ni-
 um gaudes mordaci rodere dente. Et mihi
 fiducia

fiducia non exilis est, non paucos in meam constantiam uelociſime properaturos, ubi uel sermo
 (quē Democritus ὅπερ οὐκ εἰλέτο, id est operis umbram, Aristoteles uero animi indicem dicere solet) quibusdam innotuerit, et mentium recessus penetrauerit, honestate commouerit, & ad assentendum compulerit. SENSUS. Non tam mordacia quam uera dixi, cuius uel ipse paulo post locupletissimus testis fueris, ubi euentum nostri conaminis licuerit cernere. Nunc diei tempus est, ut institutum prosequamur. Tu si quid potes, effice. Ego, mearum quod est partium, diligenter exequar. Ne autem putas me opportunitate preterpta, imposturam machinari uelle, age priorem locum occupa: & quantum lubet, uerborum lenitionibus obuios persuade, persuasos in tuam sententiam pertrahe. Sed ecce prodeuntem cernis puerum, & forma & aetate integrum, uides exultantem gaudio, ridentem suauiter. Hunc, si quid potes, uel argutijs uel blanditijs instruas, instruum tuas ad partes inuites. equidem securus in utramq; aurem dormiam, indubio confissus, ipsum, licet aetate imbecillum, nostra signa profiteri, & in mea uerbaiurasse. Imò propriam eius confessionem audi, meq; uera dixisse, nec latum digitū à ueritatis semita aberrasse scies. RATIO. Certe

Certe bellus hic puer est, forma liberali: sed gesti-
 culatione nescio quid animi prauioris indicat. Vo-
 cabō, ut & uocis & linguae indicium capiam,
 quō deinceps censuram ferre, & consilio sanio-
 ri eum informare possim. Nā summi boni instar
 ducerem, hunc puellum erudire, eruditum hone-
 state imbuere, deniq; fœlicissimum reddere. Heus
 puer, adesdū, quod te uelim habeo. P V E R. Quid
 sis silicernum: tu capillis & barbacanis, hirsus
 tus corpore, me in tui societatem prouocas? ab-
 sit. Verū si quid belliorum habes, pomum uel
 pirum da, & protinus ad te ueniam. R A T I O.
 Non hæc ḥ puer, sed dulciora in hoc scrinio pe-
 floris recondita gesto, omnium te facturus par-
 ticipem, si me quietus audias: dicto acquiescere
 modo uelis. P V E R. Quid: mellitū celas panem,
 aut saccari crustula? da quæſo citò, & quicquid
 uoles faciam. R A T I O. Hæc amariſſima sunt, si
 cum his conferantur, quæ mecum habeo. P V E R.
 Quid igitur: nummum habes quo me dones? Sci-
 re enim labore, qua tandem mercede te sim audi-
 turus. R A T. Ut summatis dicam, quicquid peti-
 eris, fratres utiq; modo id quod uelim facias. Dic
 quæſo quid habes studij, quo pueriles horas exi-
 gis: & postea dulcia præmia feres. P V. Studia
 quæ sint rogas? sunt herclē uaria, tibi fortassis
 iudicra, mihi uero ardua. Primo uolupe est, quæ
 lubet

lubet agere, parentum oculos ludere, corundem
 monita negligere, iussus contemnere, luxurianti-
 bus arridere, eaq; in parte sedulum imitatorem
 præstare. Si commissentur, iugiter adsum: si iu-
 rant, iuro: si ad pietatem me hortentur, obla-
 chrimor, ad scholā hortātes decipio, easq; horas glo-
 bulis & trocho hilariter transigo: deniq; appre-
 titum per omnia sequor, optima & lautiſſima co-
 dimenti ferula expeto, quicquid uulgare est fa-
 stidio. Postremo, nec uerba, nec uerbera curio.
Quare & tu si me amicum uoles, da quod rece-
 pisti, ut domum redeam. R A T. Vera sunt que-
 dicis omnia? P V E R. Sunt sanè. R A T I O. Eben-
 quam tuam uicem doleo, quam altè ingemisco,
 tantum casum innocentis ætatis edoctus. Verum
 spes etiamnum in herba est, tandem fore ut resi-
 piscas puer, aliamq; formā induas, tuae salutim
 gis affinem. Ne igitur nunc dicentem audi, consi-
 lium meum accipe: lætior postea, quam exieris,
 domum redditurus. Tria potissimum, mi puer, ex
 tua confessione didici: de quibus uitijs, & ætate
 & forma tua indignis, es remouendus. Nempe te
 in luxum proclive esse, hoc est ingluviem amare
 sensi: tum parentum uenerationem te negligere:
 postremo pietatis oblitum esse comperi. Hec ut
 magna sunt, ita maiori cura repellenda. Ingluvię
 non secus evitare conuenit, quam presentissimam
 pefsent,

pestem, quam canem & anguem, maxime tibi,
 qui etate imbecillis corruptioni es expositus. Te
 ingluvies perdit, ualeitudinem debilitat: cuius de-
 fectum licet iam non sentias, olim tamen non sine
 dolore experiere. quemadmodum enim tenera ad-
 buc seges nimio humore non alitur, sed corrumpit,
 ac deniq; in putredinem conuertitur: ita et
 puerilis etas ingluvie frangitur, fracta suffoca-
 tur. Contraria moderatio te decet, iuuat, & pulcher
 rimè ornatum senectuti tradit: ut non abs re Plu-
 tarcus, grauiissimus morum censor, dixisse lega-
 tur, Καλοῦ γέπος θεωρίον τὸν παισὶν τῷρον αὐτοῖς
 τῷρον συγχέει, hoc est, fundamentum bonæ senectutis est moderatio in pueris. Hæc uirtutes naturales conseruat integras, corpus retinet ualidum,
 sanguinem parit mundum, quæ sani corporis facile potissima causa est. Tu igitur mi puer, memen-
 to naturam cibo potuq; placandam, non obruen-
 dam, non uentri obsequendum: quoniam (ut Pau-
 lino utar diuerbio) ueter caret auribus. Secundò
 parentum honori quod studes segnius, pueriliter
 agis, nec quid officij tui sit consideras. Nam si ei-
 ius memor es, hoc neutiquam in te admitteres.
 Turpe enim si est, eum negligere qui bene de te
 sit meritus: iniquum, auersari eum qui sanguinis
 iure nos contingit, & necessitudinis vinculo no-
 bis est alligatus: quid ni & impium fit, eos parui

ducere, qui ex uitæ ex sortis nostræ autores sunt, et habentur. Prudenter, mibi crede, ut omnina, Solon apud Athenienses capitali supplicio liberorum in parentes impietatem mulctauit, reputans grauiissimum impietatis genus esse hostilem animum ferre, aut contra eos insurgere, sine quibus ne esse quidem liceret eos qui tales aspernarentur. Summus igitur rerum opifex ad parentum obseruantiam nos hortaturus, non solum monitum, sed et præmijs nos inuitat, inquiens: Cole patrem et matrem, ut sis longævus super terram. Vides mi puer, quam te indignum feceris, si hoc institutum urgere pergas. Certe brutis animati bus te inferiorem feceris. rudiissima enim auis ciconia, hac uirtute claret, et celebratur hoc nomine, quæ parentes iam senio confessos humeris ferre et nutrire, à Plinio dicitur: cuius et elegātißimum argumentum Græcorum est adagium, αντιπελαχεγιη. Quid multis? Parentes cole, et longævus et fœlix eris. Tertium, quod et sumnum est, pietatis neglectus adeò te indignus es, ut nullo prætextu uel tegi uel defendi possit. Tu eum negligis, à quo sunt omnia bona, cui et uitam et salutem acceptam serimus. Utinam illud sapientis tibi in animum ueniat, Initium sapientiae timor Domini: et illud Euangelicum, Sinite paruulos uenire ad me, horum enim est regnum cœlorum.

ecclorum. Age age mi puer, cum suscipe cui in ma
 nu est te seruare uel perdere, cuius ex arbitrio pē
 det, ubi uitam adimere, uel prorogare. PVER.
 Faciam ut uoles, sed iam tempus est promissa per
 fici: iamdudum enim animus desiderat à te pro-
 missa munera. RATIO. Si hæc in pectoris scri-
 nium recondas, recondita serues, dulcedine cun-
 da superabunt. PVER. Hei da quæso quod pro-
 missum est, aut non tuis parebo dictis, sed alium
 quæram amicum te chariorem. Atq; eccum video
 cuius aspectu delector magis. SENS. Salve dul-
 cissime puer, accipe hospitallatis munus, & gra-
 tie symbolum, melle conditum panem. PVER.
 Euge mi uir, tuam amicitiam longè illius canicie
 antepono, qui me illexit, modo non montes auri
 pollicens, effectiq; ut multa garrienti auscultau-
 rim, & nescio quibus iurgijs (nam præstigia di-
 cere non audeo) tempus perdiderim, quod lusibus
 ac uoluptati debebatur. SENS. Mihī si dicendi
 locum facias, multo iucundiora audies. PVER.
 Evidem auscultabo libenter, & faciam quæ iu-
 bes omnia. SENS. Veniat tibi in mentem quæso,
 quanta cum difficultate sis primum ex utero ma-
 tris in terrā abiectus, uitam ut à lachrimis sis ex-
 orsus, quanto cum dolore in cunis iacueris, qua-
 cum amaritudine sis ablactatus, quibus deniq; ca-
 sibus pedes figere & ingredi didiceris. Certe

maxima sunt, si apud animum expendas, et aequaliter
 lance trutines. quid ni igitur nunc tandem post
 tot difficultates gaudeas? Nam si bonus impe-
 rator post acceptam uictoram triumphat, quid
 ni tu quoque nunc latus gestias? Cibos delicatissi-
 mos pete: tua enim etas nutrimento dulci indi-
 get, ut tandem expectatam maturitatem conse-
 quaris. Gaude delectu uestium, ut mundiciem co-
 lere, et tuis aequalibus superior esse possis: si te
 vincat aliis fastu et robore, tristaberis: sin uin-
 cas ceteros, gaudio exilias. nonnunquam gladio
 accinctus incede, et in parvum aspectum prodi,
 ut futurae industrie et fortitudinis argumentum
 capiant. Numeros in ingressu obserua, alterum pe-
 dem anteiacias, indubio auditurus, Hic puer ege-
 giæ est indolis, hic magnam præse fert fortitudi-
 nem, militem ostentat primipilarem, Imperato-
 rem arguit. Sin ad templum uoceris, tu iuscum
 pete, te sacerdotem fieri nolle assuera, non mo-
 nachum, noꝝ aedituum, sed Thrasonem egregium.
 Nonne hæc pulchra sunt? PVER. Sunt profecto,
 atque adeo pulcherrima. Hæc malo quam priora
 exequi: tua placent, te colam, in tua uerba iurabo
 liberius. Sed quis tu es, ut non me scire possim, atque
 parentibus exponere, si huius instituti autorem
 querant. SENS. Nomen queris? Sensus est, qui
 et summis et infimis impero. PVER. Vale igit
 tu,

tur, ut ad parentes redeam, ne forte me inquirat,
neq; offendat, ut tandem plagas mihi lucifaciam.
SENS. Vale mi puer, nostræ disciplinæ memor.
PVER. Quam uenustus hodie prodeo, struthio
camelo tectus, ense accinctus? Quam uelim nunc
mihi pugnandum esset, amputare obuio collum pro
colapho. ADOLESCENS. Quid video, oue in
exuio leonis? puerum cum gladio, γαλῆνον ωτόν.
Heus puer, quis te alligauit gladio? arundinem,
nonensem ferre debebas. PVER. Tace, ne me
interrella, aut malum feres. ADOLES. Ha ha he,
quid malis? Forsitan instar Pygmæi, saltu genu læ
das mihi. Sed dic quæso, quæ hæc insolita tibi est
facies? PVER. Rogas? nouum hodie cœpi ordinem,
cuius hæc regula est. Et quo magis credas,
& tibi licebit eodem anhelare, neq; successus uo
luntati deerit. Verum duplex uia est. ad senē quæ
ducit, diuersum suadet: hæc autē rectâ meum du
cem indicat. ADO. Experiār quid sit. PVER.
Euge letum hunc diem. RATIO. Ehodum bone
adolescens, ecquid me uis? tun' meā requiris ope
ram, consilium expetis? ADO. Etsi non morer
tua consilia, audiam tamen quid uelis dicere. RA.
Nil dicam, nisi & salutare, & auspicatum, si fi
dem mihi dare uoles, te uerbis autoritatem & lo
cum concessurum, siq; confitearis ante quæ po
tissimum cordi accuræ habeas. ADOLES. Fidem

do de cōfessione: sed postea, si expediat quod mo-
 nes, me facturum pollicebor. Hęc autē mihi pla-
 cēt ante omnia, uita ociosa, comessandi libertas,
 magni nominis & honorum ambitio: res nullo la-
 bore parta, sed relicta. quæ si contingent, uel sum
 mo ioui laqueum mandare audeam. RATIO.
 Longè alia desideras, atq; tua ætas postulat. Prin-
 cipiò, tu ocium expetis: floridatua ætas omnino
 diuersum suadet, quæ laboribus ferendis est habi-
 lis. Nunc ualet corpus, membra uigent, teq; ad
 opus hortantur: ualet ingenium, et ad disciplinas
 te inuitat. siue opificiū spectes, nunc discere licet:
 siue prudentiam cogites, eam nō sine dexteritate
 potes consequi. utere modo & robore, & virtu-
 te ingenij: molestiam robur comminet, argutias
 superabit acumen. Cogita queso, quantate ma-
 neat ignominia, si adeò tui oblitus, turpe secesseris
 ocium. Clamabunt omnes, te perditum, desperati-
 one uitium, hac ætate & forma indignum: qui
 malis ocio torpescere, quam honestis exercitijs te
 saluum fœlicemq; reddere. Si te ocio mancipes,
 omnibus uitijs te seruum reddideris, frustraq; de-
 dum ad honestatis libertatem respicies, ociosus
 eris, & prodigus & egenus, miser deniq; & im-
 pius fueris. Siquidem ocium omnium malorum ra-
 dix & est, & meritò dicitur: ac quod miseri-
 num est, seram nimis trahit pœnitudinem. Sper-
 ne igitur

ne igitur ocium, industria amplectere, labore
capesse, & fœlix & beatus eris. Comessationi-
bus indulgere desideras? Ah nescis, quām te ipsum
perditum eas, ualeitudinē defatigas, corpus ipsum
frangis: quid aut uoluptatis inde capis? Certè ni-
hil aliud inde expectabis lucri, quām ut ludibriū
efficiaris omnibus, te bibonem clamabunt pueri,
helluonem, paternæ substantiæ pestem: quid mul-
tis? & eternam fœlicitatem cum breui hoc gaudio
commutabis. Tertium quod optas, intelligis ipse
quām nequeas assequi: cui adeò iam dicta repug-
nant, ut frigidū calido non tam aduersetur, quām
ocio laus, comessationi nominis celebritas. No-
men & eternum si requiris, si honorum es cupidus,
res age, modestiam cole. Sunt enim huiusmodi bo-
nain arduo posita, ad quæ sine industria perueni-
re nequis: sunt in ancipiū collocata, ut si non so-
brius accedas, facile in præceps ferare. Proinde
meo suasu ocium fuge, crapulam neglige, & glo-
riam & honorem indubio consequere. ADOLE.

Quæ dicis, uera sunt omnia: ita tamen aspera, ut
ijs manum admoliri uvereas. His igitur reiectis,
pristinam retinebo semitam: forsitan & eius in-
stituti asseciam, autoremq; inuenturus. Sed præ-
stò eum adesse arbitror, qui mihi accedat, meaq;
tristitia approbet. SEN. Salue adolescens, quæ
tristitia causa est? uideris enim solito tristior,

solicitudine nescio qua districtus. A D O. Rem
 acu tetigisti, sum etenim: atq; hic senex huius mœ
 roris causa est, qui multis uerbis nescio quam cō
 mentus mihi est parænesim, ut ab instituto uite
 cursu me reuocet, inq; suam asperitatem tradu
 cat. qua de re anxiè cogito, quid mihi expediat.
 S B N. Huius oratiœ moueris: cuius uel ex habitu,
 corporis que dispari ratione poteras colligere,
 quod tecū non sentiat, nec ullo modo tecū cōueni
 re possit. Me audi, qui ex ætate, et corporis cultu
 sum similior: ætatem sine labore transigo, æqua
 lium societate gaudeo, dulci cōmissione lætor:
 alijs uestitu, iactantia sublimior esse, rex denique
 haberi cupio. A D O. Hem, isthæc mea est pro
 fessio, huc ibam. Ecquid hæc tibi placent? SENS.
 Placent utiq; ex pulchra sunt, meoq; ordini per
 quam grata. His uires corporis retinentur, uale
 tudo manet integra, instauratur societas, amici
 tia crescit, principum uirorū quæritur familiari
 tas. Laboribus corpus atteritur, solitudine odia
 gliscunt, humilitate contemptus nascitur. Dul
 cissimū est, Bacchico frui munere. Atq; ut credas
 magis, hanc accipe pateram, & si me amas, exsic
 cato totam. A D O. Faciam, ut nihil libentius. Hei
 quam dulce est hoc more uiuere, sic pectus irriga
 re mero? Tu longum uale, miserrime senex: huius
 mihi dogmata placent, huius signa imitabor stre
 nue.

nūe. IVVENIS. Quid hæc sibi uult patera? quid
 insolens gaudiū dic Adoleſcens. ADOLE. Non
 ſuſtineo morā, rectā ad Cameli præſepia festino,
 ut ibi rugiētem ſtomachum ſatiem, atq; expleam
 animū gaudio. Sed ſi cauſam queris, hos percon-
 flare, & doctior domum repetes. Vale. IVVE.
 Quem hic expectas, annorum numero grauiſe
 RATIO. Eum qui mea conſilia expetat, forumq;
 ſequatur noſtrum. IVVE. Si quid boni habes,
 tuò mihi dixeris: & ſi placebūt, cuncta exequar.
 RATIO. Quid ſtudij agis? Quibus modis tuam
 etatem exigis? IVVENIS. Certè uarijs. Amo for-
 marum delectus mihi curæ eſt, has quæro, & ſe-
 quor tam nocte quam interdiu: ex his ſi qua' pla-
 cuit, hanc obſeruo, ei cōtinuò adeffe ſummopere
 concupisco: hanc ſomnia referunt, hanc uigiliæ
 ponunt ob oculos: muneribus hanc ambo, uarijs
 illecebris inſcari ſtudeo: militiam ſequor, belli-
 cos ſtrepitus magno affectu prosequor: adlubefcit
 alea. deniq; cuncta placent, quæ uitæ libertatem
 reſpiciunt. Imperium nō fero, ipſe alijs imperare
 malo. Nil humile ſapiō. magnos animos, ſpiritus
 excelfos nutrio. R A T. Recte fateris, & ingenuē
 dicis. hoc enim frons ipsa loquitur, in qua ſcītē
 Plutarchus mentem habitare ſcribit. edocēt hoc
 geſtus: deniq; omnis habitudo corporis eiusmodi
 uarietate arguit, quæ uel Proteo fit mutabilior,

uel atro cygno rarior: que, si dictis nostris apud
 te relinquatur locus, post habebis omnia, formam
 nouam indues, ut metamorphosi facta una cum
 uipera pellem ueterem exuisse uidearis, assumpta
 noua specie: ut pro amatore formarū, literarum
 cultor efficiaris. Veniat tibi in mentem, quām te
 indignum admittas, ubi seruiliter ad callidae pu-
 ellae te genua deijsis, nescio quas preces fundis, la-
 chrimaris deniq; & quod turpisimum est, te ui-
 rum esse oblitus ancillaris iugiter, ne dicā interim
 quod ex sana mente in crassam dementiam sepe
 transeas. Neq; id mirum est, cum & magninomi-
 nis autores amorem dulcem insaniam esse definie-
 rent. Sed quid dulcedinis ibi speres, ubi meture-
 ferta sunt omnia? Nasone teste, Res est solliciti
 plena timoris amor. quo nomine et sapientissimi
 poetæ Meduse caput sunt commenti, quod homi-
 nes in statuas uertere, & in saxa consolidare sole-
 bat. Amare uis: id quod honestum est dilige, disci-
 plinas, artes, omnigenæ cognitionis facultates se-
 etare, ut tandem recuperita sine difficultate potia-
 ris, & ex seruo liber, non turpe mancipium effi-
 ciare. Sed inquires, Forma placet: bonū est enim.
 Fatemur: sed inconstans, quod bulla citius abeat
 & euaneat, canente Poeta,
 Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad
 annos,

Sit minor. Et spacio carpitur ipsa suo.
 Scientiae formam expete, quæ nec ætate, nec peri-
 culis, morte deniq; nec soluitur, nec extinguitur.
 Arma mouent? Non te indignum est, modo illud
 des operam, hoc sedulò cures, ut iusta feras, non
 contra patriam, amicos, fratres. Multo tamen re-
 ficius pax, quam bellum souetur. Trahit deniq; te
 alea, prorsus tui ipsius necem machinaris, substā-
 tie minaris exitium, fœlicitatis naufragium pa-
 ras. Postremò, fortunæ ludum te facis: quod quam
 sit tuo corpore indignum, ipse cogita. Evidem
 eius opinionis sum, ut nihil minus tibi conuenire
 putem. Recusas aliorū imperiū? memento quam
 te ipsum suppressas, ne emergere possis tibi ob-
 stes: siquidem nemo fœliciter imperat, qui nun-
 quam parere didicerit. IVVE. Te uatem arbi-
 tror, Et Apollinis oracula canere, qui tam graui-
 ter uereq; dixeris: proinde parum abest quin tuo
 subscribam calculo, et hominum turbis relicis,
 tecum solitaria petam. SENIS. Hic serio, quantum
 intelligo, agitur. astutè igitur agendum est, ne
 tanta præda ex nostris cassibus eripiatur. Ehodi
 iuuenis, adeò peregrinaris, ut me tibi amicū non
 uideas: non benigna salute impertias? IVVE. Alia
 nunc rerum facies est, quæ alios mores postulat.
 Quemadmodum enim temporum, ita et amico-
 rum uices sunt, hunc senem et charum, et ami-

cum habeo: huic me dedo uniuersum. SENSUS.
 Quin uerbū audis unicum: & nisi grata dixerō,
 me fastidias & asperneris licet. IV V E. Nunquā
 me persuadebis, quāuis ipsa Pētho tibi in labijs
 sedeat. SENS. Ah durum peclius. Sed quoniam
 hac non succēdit, alia aggrediamur uia. hanc uit
 ginem producā, ut cum eam uiderit, oculi ei do
 leant, fortè ultrò sequetur. Heus Philumena, hic
 tuæ arti locus est, ubi pertinacem hunc expugnes
 uelim. PHIL V. Hunc iuuenem, inquis: nihil faci
 lius, cum & ipsum Iouem crebrò sollicitauerim,
 ut posito fulmine inermis comparuerit, atque a
 deo cygnus, taurus, aurum factus sit: quanto ma
 gis hunc coercebo, qui uel uno radio oculari ex
 pugnabitur: eò deniq; redigetur, ut me suam salu
 tem, felicitatem omnem prædicet. Sed age, expe
 riamur quid possim. SENS. Quid iuuenis, num
 hæc tibi forma placet? IV V E. Hei me: perplacet.
 SENS. Age, ne parum sis pertinax, mea tibi non
 placent: senem hunc deum facis, age habeas, ma
 neas cum illo. IV V E. Obsecro sic me excludis,
 neque intuæ gratiæ partem uenire finis? Tu mihi
 pater, tu patronus eris: fac modo, ut in postremū
 tuæ amicitiæ locum admittar. SENS. Labascit,
 uictus est. RATIO. Quām parum mea sapientia
 proficit, hunc lucratus eram, quem una puella
 sustulit. SENS. Si hunc senē negligas, mibiq; ad
 heredem

hæreas, hæc merces erit, quæ fruaris liberè. I V.
 Hoc uelim in animum inducas tuum, me non so-
 lum hunc ueteratorem, sed & mille alios postha-
 biturum te uictorē prædico, me uictum aio: tuum
 fauorem utinam amiserō nunquam. S E N S. Hanc
 assume belli sociam, corporis custodem, quæ ma-
 nubia ferat, & hostibus detracta spolia: hæc a-
 leam uolenti præstet, hæc uictoriæ particeps ad-
 sit. I V V E. Curabo sedulò. O fœlicem hunc
 diem, contigit quæsita uoluptas; mee uitæ af-
 sertor inuentus est. VIR. Quām gaudeo me
 tantum tonitru effugisse: fulmina domi uxor, &
 ignita iacit spicula, adeò ut periculum uideretur
 ne saluus euaderem. Crepabant iurgia, triclinium
 totum resonabat: uolabant mensæ, ollæ, scutelle,
 & hoc genus alia, repētino casu terræ illisa fran-
 gebantur. Saluus tamen euasi: ut meritò stulte fa-
 ciant, qui uili libertatē pendant. RATIO. Quid
 a bone uir? quid te sollicitat? video enim te an-
 xiūm esse. VIR. Sum equidem. RATIO. Meam o-
 peram tibi offero, quam si lubet, exposce. VIR.
 Certè uel à puero solatium peterem, quid ni ex
 tua consilia expetam? RATIO. Antequam ex me
 quicquam audias, uitæ tuæ statum mihi indica,
 parata remedia reportaturus. VIR. Summam fœ-
 licitatē arbitratus nuper uxorem duxi, hanc a-
 mo frequenter, interdum odio, liberorum procre-
 andorunc

andorum mihi cura est. procreui, habeo, ut uxori
 gratus sim studio, sed parum saepe proficio,
 domesticam curam seu propriam uxori relinquo:
 ego nunc mercatum abeo, nunc tabernas uisito,
 ibidem amicos quero, parcissime labore, nec cor-
 pus in parte aliqua laedatur: curas ebrietate quo-
 tidiana mitigo. RATIO. Certe magnis & multis
 angeris. Vis dicam quid res est? Omnis mali tu-
 tibi causa es. Vxorem duxisti, eam habe. Morosa
 est? placari potest. Tonat? Serenitate futuram in-
 dicat. Hæc omnia felicitatis sunt adminicula,
 præsertim cum ex merito siant tuo. Studies haben-
 dae soboli? Piares est, sed periculosæ aleæ plena:
 nisi rectè instituas, informes, ad uirtutem horte-
 ris, ad Dei gloriæ ducas, æternæ beatitudinis
 crebro admoneas. Mercatum abis? Caue, æquita-
 tis limites & septæ ne transfilias, ne turpilucro at-
 tendas, ne proximum forte decipias. Ebrietati in-
 tendis? Animam iuxta corpusque enecas, disunam
 ultiō item prouocas, liberos, coiugem, tuo exem-
 plo & sinistro opere perdis, delinquendi licen-
 tiām præstas. Quid multis? Malorum lernam in-
 tuam domum deriuas. VIR. Rem ipsam putas, &
 scopum attingis uerum. Nec mora est, quin tibi
 assensum pretem: hunc tamen ueterem amicum
 prius alloquar. Salve cogerro, toto mihi die non
 uisus uno. Quid rerū agitur? SENS. Hic ueteres
 amicos

amicos & confodales expecto, qui mihi comita-
 tum ad Cameli præsepia exhibeant. VIR. Secu-
 lum expectes licebit, ego nunquam ueniam: sed
 huius uiri suasu domum redibo, familie diligen-
 tiorem curam habiturus. SENS. Monstri simile:
 tam inconstanti es animo, tum lubrico consilio,
 ut inani uento mouearis in tatum, quo omnes a-
 micos & antiqua familiaritate arctissime coniun-
 gios respicias, & instar claudi sutoris nunquam
 prodire uelis? Proh pudor, aduenere hospites ex
 Vtopia, quam uulgo Schlaraphiam uocant, iam
 multis annis tibi familiariter noti, qui tuam pre-
 sentiam exoptant, consuetudinem exosculantur,
 tuam hilaritatem & iucundum conuictum mi-
 ris eulogijs prædicant. Hisce tu quæso uxorem
 querulam, eiulantes pueros anteponis? Vide ne
 uxorius magis quam uir prudens habearis, præ-
 fertim tantam occasionem nactus, qua ueteres a-
 micos demereri, lætum hunc diem pariter & no-
 tem transfigere poculis exorbillandis queas.
 Age te uirum esse memineris, qui uxori impera-
 re, non parere debeas. VIR. Per Iouem uera præ-
 dicas, si no pusillanimitatē hanc, cōsuetū animum
 reuoco. Sed dic quæso, quos ueteres aī hospites?
 SENS. Alterum nomine & corpore præsentem
 habeo, nam Cannius dicitur: alter Cubus nun-
 cupari solet, nunc uero absens in pandocheo, ue-
 nerem

nerem iacit, te expectans. VIR. Euge opportū
 ò Canni, quid agimus? CANNIVS. Ad solitare
 dibimus studia, tabernariā facturi operam. VIR.
 Placet quod instituis. Sed heus tu senex, in me lu
 sisti operam, consuetum morem seruo. Nam diffi
 cile est assueta relinquere. Bene age. RATIO.
 Quām parum auspicatē nunc prodij, qui & im
 pensam & oleum sic ludo, ut nunquam magis.
 SENEX. Aegrè tandem prodeo, periculum factu
 rus, an quid lucri pristinæ sorti possim addere.
 Cautio est enim maxima, ne quantum foris ipse
 corradam, tantum domestica cura perdat, sem
 perq; rebus decedat angustis. Sed tamen quia lu
 cris spes est, domum reliqui. atq; utinam adsit, qui
 clam annonæ preciū mihi suggestat, ut si cōpēdio
 sum sit, alios anteuertam, & quodcunq; commo
 dum ancipitem. Heu, quem hic æqualem uideo,
 eidem forsitan prædæ insidiatur. perconctabor,
 ut porrò quid mihi facere expediat sciam. Bone
 uir salue, quid rerum agitur? ecquid mercium ha
 bes? aut uorsuram agis? RATIO. Nihil horū, sed
 alia mes spes fouet: & ut tu quoque eius fias cer
 tior, tribus uerbis edifferam. Adsum ut te beatum
 faciam, & ex infausto rerum statu in summe fœ
 licem transferam. SENEX. Auspicato sancē huic
 me recepi, si quod aīs, effectum dederis. RATIO.
 Effectū dabo, & quo magis credas, longē maiora
 spondeo

pondeo: hoc unum si ex te resciuero, quibus stu-
 dijs iam natu grandior intēdas. SENEX. Dicam
 bona fide, si quod promissū est, te præstare uelle
 receperis. RATIO. Recipio, & sancte quidem.
 SEN. Hoc unicum me possidet malum, quod se-
 necuti, uel Comico teste, proprium est, uidelicet
 quod nimium ad rem sim attētus, suspiciosus, om-
 nia in sinistram partem accipio magis: parsimo-
 niam colo adeò, ut naturæ tum meorum, tum alio
 rum necessitati subtraham: domi esse, extrema est
 securitas: foris esse, periculosum. nam semper a-
 nimus thesauro affidet. iuxta illud propheticum,
 ubi thesaurus, ibi & cor tuum. Ex his, quod quæ
 rebas licet intelligere. Nunc tuarum est partium,
 id quod stipulatus sum præstare. RATIO. Faciā
 utiq. Opibus congerendis sedulam das operam,
 tibi ipsi moliris exitium. multæ enim possessiones
 quid aliud important, quam æternum infortu-
 nium? Nihil sanè. Opes prudentissimū regem, di-
 uina sapientia clarum, Salomonem excæcarunt,
 & à ueri Dei cultu in prohibitam idololatriam
 præcipitarūt. Hinc Seruator ipse pauper, paupe-
 ribus regnum Dei est elargitus: diuitibus, beatitu-
 dinis orbitam arctissimè conclusit, inquiens, faci
 lius esse camelū per foramen acus transire, quam
 diuitem regnum Dei ingredi. Quid Ananiam &
 saphiram perdidit: subitaq; morte prostrauit?

Certo

Certè aliud nihil, quām habendi studium, & cū
pita possessio. Neque aliud ethnico constat mo-
uisse philosophos. Crates enim, cur magnum auri
pondus abiecit: ipse causam assignat. Ne, inquit,
me aurum mergeret. Cur Thales Milesius ex pa-
tria profugus, nihil secū ferre uoluit? Ideo sane,
quod eo modo se expeditiorem fore cerneret.
Huiusmodi sexcenta referrem ordine, nisi hac
sufficere putarem. Quod autem parsimonia pre-
texis cupiditati, facis immerito: siquidem ea ne-
mini detrahit, omnibus debita præbet. Quid ro-
go aliud est naturam defraudare, quām Deo bel-
lum indiceres qui nature autor est, qua ceu instru-
mento, animantia cuncta gubernat. hic nobis ali-
menta largitur, ut naturā sustentemus: cui uolu-
tati tua refragatur auaritia, et perdita cupiditas.
Certè si rem ad æquilibrium expendas, re ipsa
comperies te Giganteum malum resuscitare, &
directis armis ipsi Ioui bellū minitari. Nam quem
admodum ea monstra, montē monti imponebāt,
cœlum expugnaturi: ita & tu naturæ decretis
contraniteris: pari causa pœnas datus, nisi ab
instituto errore secedas, & ueram parsimoniam
amplectaris, turpi auaritiæ crimine neglecto. V'
tere rebus partis, honeste familiam nutrias, mag-
num ubertatis incrementum percepturus. Postre-
mò te falso parsimoniam dixisse, uel inde satis
liquest,

liquet, quod ultimo loco à te dictum est, nimirum
 te domi desidere, thesaurū sedulò obseruare: quo
 quid stultius? Principiò tuam estimationem, tum
 domesticorum fidem, salutem deniq; tuam profi-
 tuis. Necesse enim est te ab ijs contemni, qui ine-
 ptam hanc solitudinem deprehendunt, & leui-
 tam cernunt: ut qui nunquam placari possis, nisi
 domi recondito thesauro aſſideas, nec latum cul-
 mum ab eo discedas. contrà familiæ autoritatem
 minuis, quam tali cura suspectam efficis, & infi-
 delitatis coarguis: quo studio neminem unquam
 tibi deuinixeris. nam benevolentia magis quam
 tali cura & metures domestica conseruatur, fa-
 milia instituitur, & non infœliciter regitur. s e.
 Pulchrè tu quidem philosopharis, domestici one-
 ris nescius: uerum si hic sis, aliter sentias. R A T.
 Comperta mihi sunt omnia: & tu si meo sermoni
 obtemperaueris, gloriam iuxta & fœlicitatem
 consequeris. S E N E X . Hem , istud est quod
 suspicor, tu mecum in eadem nauis es, & compen-
 dio proprio studes. quare ut solus hoc lucrum sen-
 tias, uirtutis imaginem hanc mihi commentaris.
 hanc tibi serua, ego institutum prosequar. R A T.
 Audi, nōdum finis est. S E N E X . Non audio, mihi
 in foro iuditur. S E N S . Heus Senex, quò tibi iter
 est, qui tam celer curris per viam? S E N E X . Abi
 inepte. S E N S . Atqui thesaurum respice. S E N E X .

Hem quid hoc aurum hercle est, perij. fortè hoc
 de meo subtractū est, expiscabor. Quid thesauri
 iactas? unde est? dic breuiter. SENS. Allatus est
 hodie à peregrino quopiam, & apud me deposi-
 tus. Quare cū te huiusmodi rebus gaudere sciam,
 non potui te celare longius. SENEX. Heu me mi-
 serum, de meo est. SENS. Quid times? SENEX.
 Nihil, quanti aestimas? SENS. Coronatis mille
 SENE. Occidi. SENS. Quid ais? SENE. Optimus
 est, inquam: ego domum propero. SENS. Audi
 prius. SEN. Ageo. SENS. Aurū est Ungaricum
 pariter, & Anglicum. SENE. Certe pulchrum,
 quod si possem abs te emerem. SENS. Emeres &
 pud me depositum? quo iure uenderem? Quid si
 uidere contingat? quid mercedis loco feram? SE.
 Quicquid poposceris. SENS. Si igitur bona fide
 spondeas, te toto anno domo non egressurum, pa-
 nemq; atrum cum iuscuso tantum comesturum.
 SEN. Fidem do. Curabo ut non ego solus luam,
 sed omnis quoq; mea familia, & fortiter esuriat.
 SENS. En tibi. SEN. Perij, meu est hoc aurum.
 SENS. Quò fugis? resiste, fac ne frustra hac uer-
 ba fecerim: tu domi ad focum sedēs, naturæ sala-
 citatem fame coerceto, nunquam prodi, lucellum
 ex quauis re dulce existima: & si uiam nescias,
 licebit saltem lotium cum Vespasiano exponere
 uenum, & compendium feceris. SEN. Dabo o-
 peram

peram sedulò. S E N S . Bono omine in hūc locum
 ueni : nam uberem messem facio . hic enim senex
 annis grauis , quem præcipue uerebar ne nostris
 obfisteret monitis , ita se facilem præbuit , ut ad
 primum ferè uerbum persuasus , nostræ sententiæ
 accesserit . Quid reliquum est , nisi ut triumphum
 agam , palmam uictoriæ symbolū assumens ? D E -
 C R E P . Me tenet morbus , me terret mortis for-
 mido , me domo expulit puerorū uita , & morum
 prauitas : quam dum refugio , in hunc locum ue-
 ni , ut conceptam ægritudinem euomam . Deus
 bone , quanta est miseria . undiquaq; stipatus ma-
 lis , insuper uxoris probra , liberorum cōuicia , fa-
 miliae iniurias sustineo : nunquam fides est , ubiq;
 exulo , infelix morte expecto . R A T . Quid aīs
 canicie uenerabilis ? Audire mihi uisus sum , eſſe ,
 que te grauiſſime afflictent : quo si falsus nō sum ,
 saltem mihi dicio , ut præſens solatium auferas .
 D E . Solatij nihil est , niſi mors ipſa rebus ad-
 uerſis finem adferat . R A T . Imò ſolamē magnum
 eſt , tranquillo animo , necatis affectibus , trāquillē
 mortem expectare : cuius , ſi lubet , à me rationem
 pete , & feres . D E . Peto ut quām maxime . R A T .
 Sensus perdidisti , oculi caligant , gustus fallitur ,
 olfactus plane extinctus eſt , tacius hebetatus : non
 eſt quod mœſtus doleas , ſed tanquam magna uicto-
 ria potitus gaudeas . ſiquidem deſunt quibus in ui-

tia præcipiteris: quia teipso teste, his ueluti mi-
 nistris ad uitia usus es, ætate etiædum solida. Nam
 ut Democritus hæc uirtutis impedimenta & sce-
 licitatis obstacula remoueret, se ipsum excæcasse
 legitur, ne oculis ad nequitiam ueteretur ducibus,
 & sapientiæ haberet obstacula. Similiter quod
 auditum perisse quereris, facis immerito: quo-
 niam magna fasce leuatus, extrema securitate fru-
 eris. Siquidem nil turpe, nil obscœnum, nil im-
 pium, nil deniq; ingratum exaudis: quibus, si per-
 ciperes, & offendis, & in malum posses pertrahi.
 Deniq; fœlicissimus es, qui ea parte miser eſe ui-
 deris: modo hoc animum induixeris, moderatè
 cuncta perpeti, & sorte præsenti fortiter uti.
 Porro quod contemptum deploras, & domus u-
 niuersæ impietatem erga te accusas, partim ipse
 causa es, & sustines non immerito: partim beatifi-
 tudinis calcar est. Nam quis neget, te meritas fer-
 re pœnas, qui præter officium liberos negligen-
 tius habueris, neq; senectutis reverentiam docue-
 ris? quæ ubiuncq; inualuit, (reverentiam dico)
 non potest nō teneram ætatem prosperrimā red-
 dere. Adde quod neg; eam senectutem egeris, quæ
 admonitioni & rectæ institutioni familie potu-
 issit esse. Vbi enim senes adsunt honesti, ibi iuuen-
 tus in honesta esse nequit: iuxta illud Plutarchi,
 ἔπου γαρ γέροντες εἰσι μὲν οὐκ εἰσι χωροί, οὐταῦ
 αὐτάγα

ubiānu liū vēs avōoilegārōs ēivāu. hoc est, ubi
 senes sunt impudentes, ibi et pueros impudentissi
 mos esse oportet. Recte igitur negligentiam atq;
 socordiam puerorum luis, quam recte patientia
 uiceris, ut tandem licentia iuuenilis deferueat,
 inq; tui obseruationem & honorem reuertatur.
 Nulla enim feritas est tanta, quæ non mitescere
 posse, & tolerantia uinci. Quantum uero ad mi-
 niculi præstet ad expectatum finem consequen-
 dum, nil attinet dicere: quoniam hic refrenaris,
 ne in auaritiam declines, ne seniles amores cogi-
 tes, ne inuidia contabescas, quæ huic ætati in af-
 fiduo comitatu adsunt, & usq; ad rogum sequun-
 tur eum, qui supinus hanc ætatem exigit. Non de-
 sunt exēpla, quibus hæc omnia cōprobem: quæ,
 nisi temporis inuidia prohiberer, subiacerem.
 Quare ut breuiter multa complectar, omnia hæc
 tuæ salutis adminicula esse tibi persuadeas. Exi-
 lium, quod iniquo fers animo, desieris facile, &
 metum hunc abieceris, si futuræ patriæ memor
 esse uoles, quæ omnes recipit, neminem excludit,
 uerè & ex animo desiderantem: hac meritò con-
 solaris, quæ te obuijs ulnis est exceptura. momen-
 tanum est quod pateris, perpetuum quod expe-
 das: hoc triste, illud lātum: hoc caducum, illud
 sempiternum. Ultimò mortem ne metuas, quæ o-
 mnibus est propria: siquidem omnes propterea
 c 4 nascimur,

nascimur, ut & morti subjiciamur. Eadem dies
 quæ uitam est elargita, mortis quoq; præscripsit
 terminum. hæc soluit dolores, tenebras excludit,
 luminis radios introducit, ueritatem exclusa fal-
 sitatis nube, serenam & apertam nobis ob oculos
 ponit: hanc omnes pij expetunt, hanc gentium
 doctor Paulus magno affectu exposcit, inquiens:
 Cupio dissolui, & esse cum Christo. hanc exhor-
 rescunt mali: & quo quisq; peior est, tanto mor-
 tis aduentum pauescit magis. Tu igitur fortiter
 age, mortis casum ne timeas, sed honesti conscius
 tibi, placido animo uitæ terminum expecta: mi-
 nimum sollicitus, hoc certamen & iucundum, &
 suave futurū. D E C R E. Prudenter dixisti, et quod
 suades faciam, ut tamen non ingratus habear, pri-
 mū postula, & soluam illico. R A T I O. Abunde
 mercedis est, si admonitioni nostræ locum beni-
 gnū dederis, neq; ullius suasu ad priora, tanquam
 canis ad uomitum, reuertaris. S E N S. Salve ca-
 pularis senex, uideris deambulando lassius: pro-
 inde confideamus ambo, ut alter alterum dicen-
 tem audiat, mutuoq; sermone temporum tedia
 fallamus. D E C R E. Rem ipsam putas, non recu-
 sabo hoc obsequij. S E N S. Nunquid hec etas
 tibi grauis est? D E. Minime gentiū, sed præsentí
 statu firmatus, æquo bonoq; sum animo. S E N S.
 Miror equidem, quomodo in tanta calamitate
 æqualem

qualem animum habere possis. Nonne tibi in
 mentem uenit prior uita, quando forma præsta-
 bas ceteris, nymphis gratissimus eras, cum te pu-
 ellæ certatim peterent, tua cōubia exoptarent,
 te laudibus in cœlum tollerent? Nunc contrā, te
 lusum & iocum omnibus esse, nunquid cogitas?
 Forma perire, monstro quam homini similior es.
 Te uenientem castæ uirgines atq; puellæ fugiunt,
 intuitum haud secus aspernantur atq; uenenum
 multò præsentissimum. Nunquam subit robur
 corporis, quo cunctis præstantior esse solebas, in
 utrumq; paratus, seu pugnare manu, seu lancea
 currere in hostem? Respice nunc brachia cunctis
 uiribus destituta, respice pedes omnino debiles,
 ad cursum omnino inhabiles. Durior es Marpe-
 sia caute, si his non mouearis. D E. Heu uerum
 est: hæc quanta erant? S E N S. Propè est uictoria.
 Dolet' ne mortis mētio? D E. Ad eius memoriam
 gaudeo, tantum abest ut quicquā doloris adferat.
 S E N S. Ne tam quidem ô bone. si hoc præstes,
 tertius è cœlo Cato aduenisse dicēris. Mortē Ser-
 uator ipse aditurus exhorruit, metum sanguineo
 testatus sudore est. Hanc timent reges, principes
 expauescunt. quidni & tu infimæ sortis homin-
 cio ad eius memoriam contremiscas? D E C R E P.
 Non si iam adsit, uel digitum uerterem, nedum
 metu concuterer. S E N S. Heus prodito Mors,
 c s ipsa

ipsa contemptum tui vindicatura. M O R S . Q u i s
 est qui me negligentius estimat, temereq; effutit,
 quod tacuisse præstiterat? En adsum. Tu non ue-
 ris Mortem, uerum mancipium? D E . V a n u-
 eae, hic non persisto amplius: utinam sit locus a-
 libi, in quem me liceat fugere, & me abscondere,
 ut terrificum hoc monstrum euitem, ne me ra-
 piat, raptumq; ex hac luce auferat. S & N S . Q u i d?
 ubi tua cōstantia? qui paulo antè mortem uidere,
 adireq; non uerebaris, nunc uisam tantū respuis?
 D E . Faciam quæ uoles omnia, modò hanc ab-
 arce beluam. S E N S . In meo nō est arbitrio: is est,
 qui cunctis legem nouit ponere. Tu quantum po-
 tes fuge, ne te assequatur insequens. R A T . Ho-
 die inanem sumpsi operam. quare hinc secedam,
 alias opportunius huc redditurus. Hic Sensus re-
 rum potitur, & tutum gubernat imperium. S E .
 Euge quam pulchrè prodeo hodie, rebus uniu-
 sis bene cadentibus. Abeo, ut de hac triumphem
 uictoria, & hilares hosce dies hilari
 uultu transigam.

F I N I S.

REVEREN^V

REVERENDO IN

Christo patri ac domino, D. Rudolpho Garb, Abbatii
ac Praefuli Schutrensi longe dignissimo, studiorum
fauitori præcipuo, & religionis assertori strenuo,

IOAN. ARTOPO=VS SPIR.

S. P. D.


Olent, optime Antistes,
in principum uirorū a-
miciā admisi, publica
attestatione lætitia gau-
diumque manifestare, tum principem
laudando, tum suam fœlicitatem at-
tollendo: neque id abs re. est enim nō
postremæ beatitudinis argumentū,
in eorum familiaritatem peruenisse,
qui ut iustitiae præ se ferunt imagi-
nem, ita neminē ferūt nisi optimum.
ut non abs re poeta cecinisse uidea-
tur, Principibus placuisse uiris non
ultima laus est. Quapropter recte ra-
tionis expers, meique officij oblitus
uideri possem, si præter receptū mo-
rem, inueteratam cōsuetudinem, o-
mniumque calculo approbatam, age-
re sustinerem: occultādo nostræ pro-
speritatis

Speritatis quoq; non minimam patem, quæ in eo sita est, quod in proximis Christianæ hilaritatis ferijs, in tui amoris, tuæ societatis locū quam proximum uenire contigit: illud discere & experiri licuit (quod summis uotis literis mancipato homini optandum est) animum uerè principem, religiosum, eruditione cultum. Nam ut uerum fatear, animaduerte, re nihil contigit, cum tibi Reuerende pater corā adessem, nisi quod genuinam constantiam, naturam humanitatem, haud uulgarem benignitatem præ se ferret. Si quidem hoc dī dici, nihil à tua paternitate institui, quod maturo consilio non sit consideratum prius. Haud immemor es enim, eius quod Demosthenes Atheniēsibus exprobrasse legitur: Alios homines solere, cum consuluis, sent, agere: ipsos uero Athenienses, cum res actas acciperent, consulere. Prudenter quidem: prudentius aut illud

illud est, quod consilio prævio fa-
ctum, adeo non reuocandū censes,
ut quiduis potius, quam sapienter
inceptum mutari, sustineas. De re-
ligione quid attinet multa dicere?
cū uel me tacente res ipsa loquatur.
Tu pastor oues concreditas pascis,
deglubis minime: tu Christi dispen-
sator, cuncta suis locis, debitissq; per
sonis tribuis: re ipsa declarans & ar-
guens, proprij nihil, manentis nihil
hic nobis esse: cuncta diuinæ poten-
tiæ subiecta, nostris usibus duntax-
at tradita esse: quādo plurima possi-
des, tanquā non possideas: plurima
habes, tanquam nō habeas: studiose
uniuersa erogas, ad diuinę gloriæ in-
clementū: subditos honeste nutris,
ut pijs functionibus cōmodè inten-
dere possint: pauperum egestatem
subleuas, ut absq; miseria superesse,
piè ac religiose uitam instituere pos-
sint. Quod licet exemplis euidenter
edoceri queat, prudens tamen sci-
ensq;

ensq; prætero: superuacaneū arbī-
 tratus, me omnibus occinere, quod
 pleriq; est notissimum. Doctrinæ
 autem quantum in te, reuerende pa-
 ter, offenderim, dicere nō metuo tā-
 tum esse, ut maximam uoluptatem
 inde cœperim. Sensi ingenij acrimo-
 niam, sensi industriā, sensi lectionē
 multijugā, sensi deniq; reconditæ sa-
 pientię thesaurū. Romano sermone
 iuxta ac patro familiariter uteris,
 neq; mundicie puritas, neq; elegan-
 tiæ gratia deest. Si de sacris contro-
 uerbia incidat, bone Deus quam san-
 ctè, quam ex bona fide, quam Chri-
 stianè de rebus differis: differentem
 enim audiui. Vides Antistes reue-
 rende, quam me indignū fuerit non
 publicè contestari latentis gaudij ge-
 stum, quòd in tuæ paternitatis & a-
 morē & fauorē admissus sim, dome-
 sticus propemodum factus sim tibi,
 tot taniq; multis nominibus suspici-
 endo. Age igitur receptæ consuetu-
 dini

dini fiat satis. Conscripti, atq; adeò
 ociose commentatus sum in ijsdem
 hilaritatis ferijs, της πενίας ηγή Κολακί-
 ος δικλογισμόν, quē cum Friburgensi
 iuuentuti, adeoq; doctis mehercle
 uiris exhibuissim, instare cōperunt
 ut euulgarem, studiosæ adolescentię
 non paruū operæ facturus precium,
 ut incitata iuuentus huiusmodi ex-
 emplis, ad similiū excogitatio-
 nem incenderetur. His quoniam ho-
 neste roganib; acquiescendū pu-
 taui, difficilior hac in parte esse no-
 lui: maxime cum tua auspicia præsto
 adesse uideam, quæ operi bonis au-
 bus cōcepto, melioribus aucto, opti-
 mis denique absoluto, quod reli-
 quum est, facile addiderint, gratiam
 scilicet & authoritatem. Quare Ab-
 bas reuerende, hanc ingenij nostri
 fœturam suscipe, in' que tuam tute-
 lam admitte, à quorūlibet morsibus
 atque iniurijs uindicaturus. Tibi e-
 tenim nuncupamus, tibi dedimus,

atq;

atq; adeò tuæ potestati plenè subi-
cimus. Cui operi si recte patrocina-
tus fueris, nunquam tam parum in-
genij Artopœo fuerit, aut industrœ
parum, ut hoc munere non ma-
ius dare possit. Vale, Ca-
lendis Martij.

PERSONAE DIALOGI.

Adulatio.	Pamphila,	Cosmophila,
		Ancillæ.
Paupertas.		Philo.
		COLLO.

COLLOQVIUM
 ADVLATIONIS ET
 Paupertatis, contentionē plenum,
 de gloria & dignitate disceptan-
 tium: eodē 10. ARTOPOEIO
 autore.

ADVLATIO.



Vge, nullas ne confuncio pedis-
 sequas: Pamphila, quis te habet
 angulus: ubi lates: quin prodise
 quin me dominam obseruas: me
 uenientem excipis: expergefā-
 tā maturina salute impertis: Quid: ubi moraris
 nostri mūdi custodia Cosmophila: P A M P H I L A:
 En adsum tibi corām domina, recentis ortum lu-
 minis toto orbe radiatis precor tibi auspicatum:
 utq; uoles omnia, quibus delectaris, contingent
 prospere. Ecce paratum mancipium: quiduis one-
 ris impone, & feram. præcipe, & factum putaz
 iube, & iussa exequar. ADVLATIO. Hic ani-
 mus & prompta uoluntas, hoc obsequium expe-
 ditum seruam decet, & libertatis consequendæ
 efficax est solatium. Sed age, habitum assume fe-
 liuorem, tuum ornatum expedi, mecum prodi-
 tura ad excipiendos hospites, quos audio adue-

d nisse,

nisse, principes uiros. COSMOPHILA. Salu-
tem & gratiam tibi precor maximam, domina.
cur me custodem prouocas? uis ne ut muliebrem
mundum proferam? ADVLA. Rem acutetigisti,
hoc ipsum est quod postulo. Expedi primum ue-
stes sericas, thoracem florulentum, uelutum auro
intertexto nitidum, torquem auro gemmisq; ful-
gidum. Secundò catenas profer aureas, profer &
monilia hyacinthina, profer deniq; zonam auro
grauem, & crumenam pēdulam, nec pretermit,
tas ditorū ornamenta annulos. COSMOPHI.
Effectareddam omnia. En ad manum uides cur-
ta posita, uis aptemus tibi singula? ADVLA. Vo-
lo. Adfer speculum, in quo meipsam contemplari
queam, meam effigiem cernere, ornatum disjudi-
care. PAMP. Præstò est domina, introspice, nihil
incomptum, aut inordinate dispositum, teipsa te-
ste, dicere non uereor, esse. ADVLA. Contempla-
mini me, ecquid niteo satis? PAMPHI. Satis do-
mina, & forma & mundicie & gratia præfas.
ADVLA. Quid si uerò sic? PAMPHI. Multum
acceſſit gratiæ. ADVLA. Quid si sic? PAMPHI.
Ipſam hercle gratiæ ac uenustatis deam hoc mo-
do superas: forma singularis est, gestus liberalis,
uultus serenus, lingua diuiti uerborum copia in-
structa, quibus uel iouem ipsum inescare posses,
& iunctione inuita in tui amorem pellicere, tanto
magis

magis hospitum animos capere, oculos amoris
 fascino perstringere, qui ut humanæ sortis sunt,
 ita huiusmodi affectibus magis sunt obnoxij.
 AD VLA. Utinam uera prædices, ac non tam af-
 sentandi quam uera dicendi gratia hæc uerba fa-
 cias: neminem hodie me beatiorem existimarem,
 ipsis quoque dijs medium unguem ostenderem.
 PAM. De ueritate dubitas? ipsam Venerem pul-
 chritudine uincis, suadelam eloquentiae uiribus
 superas: neq; dearum ulla est, que tecum conten-
 dere possit, si de forma controuersia incidat, si de
 orationis suauitate lis oriatur. AD VLA. Agite
 igitur expedite viā. nam prodeūdi tempus est, ue-
 consuetam fortunā experiamur, solitos quæstus
 faciamus, recenti prædæ casses locemus, si qua il-
 lecebra in potestate nostram redigatur forsitan,
 si forte ex syluarum recessibus in nostra impedi-
 menta incidat, nosq; expectato desiderio potia-
 mur. PAM. Tuto hanc licet experiare aleam do-
 mina, & quæcunq; uoles in hac palæstra obtine-
 bis. AD VLA. Mirum nis? Nullus unquam euentus
 uoluntati defuit. Euge solem rutilum, euge Vene-
 ris fidus, solito splendidius, cuncta serenitatem
 pollicentur, meumq; exitum suo fauore appro-
 bant, consueta officia præbent, solitam uictorianam
 aggredienti applaudunt. Neq; id abs re:sum etc.
 him terræ dominorum, imperatorū, regum, prin-
 cipum.

cipum. potentium deniq; omnium domitrix. me
 colunt, me suspiciunt, me in sinu & complexibus
 fouent, mihi ubiq; assurgitur, mihi applauditur,
 me cuiuscunq; sortis homines maximis tollit lau-
 dibus, diuinis prosequuntur honoribus, & non
 sine merito nostro me reginam, me salutis effectri-
 cem prædicant. meo etenim beneficio gaudent
 omnes, meis auspicijs bene habent pauperes, me-
 diocres meo nomine locupletantur, diuites per
 me suis fruuntur opibus. P A M. Magis Sibylle
 folijs, Apollinisq; oraculis, uera sunt que dicit,
 domina. ADVL A. Ambiguum non est, quin adue-
 nientibus nobis fores pateant, ingressum seruorū
 turbæ expediant, ut obstaculi nihil in via relin-
 quatur, ad quod tenellos pedes lædere, pedumq;
 digitos offendere queam. Quid: indubio ab horis
 ferè tribus instructi oratores me expectant, ut ho-
 norificè ac pro dignitate introcūtem excipiant,
 salutent, inq; proximum amicitiae locum inuitet:
 omnia balsamum nunc redolent, rosatum nido-
 rem spirant omnia, ne qua in parte olfactus ledia-
 tur, naresq; factore inficiantur. Vniuersa auro
 fulgent, & purpura, ne oculis quoq; nostris de-
 sint quibus delectentur, & gratissima pabula un-
 de accipiāt. Quid ni? Magnas magna decent, re-
 giam hæc decent sobolem. P A M. Ipsis Solonis le-
 gibus, sapientum Græciæ dictiōris prudentiora
 sunt,

sunt, quæ refers domina. A D V. "Non me sefellit
 animus, uideo enim, pro ut uolebam, latè patens
 ostium. Sed nescio quid monstri & pannosæ mu-
 lieris in media uia positum uideo. Certe instar
 Marpesiae cautis stat loco fixa, quasi introitum
 prohibitura. P A M P H I. Ab Orco reducem esse
 credo, nec usquam sedes habere fixas puto. Hic
 igitur stipem expectans, roget forsitan ut in ali-
 quem domus angulum admittatur, ne sub dio tem-
 pestatibus, ac coeli iniurijs perpetuò exposita esse
 cogatur, & pueris ludis fieri. P A U P E R T A S.
 Euge me beatam, me summi Iouis filiam: quam dul-
 ce, quam iucundum est, non aliena stipe, sed pro-
 pria industria uiuere? diem honestis operibus exi-
 go, nocte secura quiete absq; omni insomniorum
 fantasmate transigo, solem ad nos redeūtem cum
 gaudio amplector, consuetum opus reuoco. Sed
 quia parum est quenq; sibi bene consulere, atque
 propriæ felicitatis munia obire, suarum per om-
 nium rerum satagere, nisi mutuæ pietatis memores
 aliorum quoque rebus intendamus, saluti consi-
 lio, opera & ueluti manuductione, recte prospici-
 amus: maxime cum nemo sibi, sed alijs nasca-
 tur, ortusq; sui partem patriæ, parentibus, ami-
 cis, cunctis denique Christianæ religionis alum-
 nis debeant: meritò me hunc in locum recepi, pe-
 riculum factura, si qui ciues, hospites, mea con-

nubia expetant, consilia petant, exempla uelint.
 Dubium enim non est quām plurimos esse, qui
 primæ fœlicitatis loco ducant, in mei amorem se
 admissos esse, meo se fauori insinuasse. AD VLA.
 Impudentem sc̄emam esse suspicor, aulaq; mo-
 ribus minime assuetam, quæ media uia fixe con-
 sistit, nec mihi adueniēti cedit, ac auro gemmisq;
 fulgenti locum dare satagit. Quin igitur met-
 Pamphila, hanc ex aspectu submoue, ne mundus
 noster quam inde labem contrahat, né ue quis
 foctor purgatis naribus suboleat, & teneram
 corporis habitudinem aliqua in parte lœdat,
 uirtutem naturalem debilitet, atque suffocet.
P A M P H I L A. Heus infœlix mulier, de uia cede,
 dominæ aduenienti da locum. P A V P. Quid me
 infœlicem nominas, orationem fœlicissimam: quam
 si nosses rectius, summo studio uenerareris: &
 absque tali fastu, hic stare permitteres, & pri-
 mum introeundi locum mihi dares. P A M P H I L A.
H a h a h e, te uenerarer; abiectissimæ sortis fœ-
 minam. ni festinas abire, violenti manu te arcere
 incipiam. P A V P E R T A S. Non tam, ô bona, o
 diosæ sum fortunæ, quām tu mei nescia arbitra-
 vis: nec ita exiles habeo animos, ut uim à te me-
 tuam. imò hic meus est locus, hic meus expectatur
 aduentus, meam amicitiam hospites hic expectunt,
 neque ullus uel dominæ uel tibi locus erit. P A M -
 Satis

Satis uerborum est: nisi tu properas abire, melioribusq; locum dare, peristi. si quidem illico dextra in mala hærebit, atque contumacem linguam, impudens illud os coërcebit. PAVPER. Melioribus locum dare non grauabor unquam: domine autem uel tibi cedere, religionem duco maximam. quanto enim Deus homine, ueritas falsa prestat: tanto me Adulatione, cum suis gnatonicæ artis affectis, & honestate & utilitate communi omnium eulogio meliorem esse prædico. quare ex tuo ipsius ore conuicta, proprio laqueo strangulata, tibi dominæq; tuae à uiare cedendum animaduertis. PAMPHIL. Vapula igitur, infelix belua. PAVPER. Hæc quidem uis est. Legibus & ratione utere potius, quam uiolentia: & uera esse quæ dico, ultro fabebere. ADVLA. Rideo, quando hanc yuueniōνα χίαιν ασπicio. Quām utraq; sibi est similissim. Non arbitror tam esse ouum ouo simile, quām has inter se. Adibo proprius, litis causam auditura: ut cognito negotio hoc, quicquid est negotijs dirimam. PAMPHI. Opportunè aduenis domina. hæc etenim mōstro quām homini similior, nullum usq; calumniandi finem fecit, donec sua li- centia uerbera sibi lucrificet. experta etenim est, hæ manus quid ualeant, quid ponderis habeant,

quam capiti demulcedo sint habiles. ADVL. M
 fœlix quid ait^e PAMPH. Quid se omnibus bea-
 tiorem prædicat, suum factorem, pannosam fordi-
 ciem, tuæ fragrantia & mundicie anteposuit: di-
 cere nō uerita, se multis parasangis, et albis (quod
 aiunt) equis, te dignitate anteuertere. ADVL.
 Sanè pulchra felicitas, quam ne infestissimo hosti-
 ne ue catellis nostris precarer. Echo dic bona sæ-
 mina, quod tibi nomen est? quid operæ facis: cui
 studio te mācipas? qua stipe sustentaris: nam egen-
 tissimam esse, neglectus habitus hic indicat. quid
 deniq; in hac regione te confuncio? PAUPER. Si
 moram perbreuem sustineas, de quibusunque
 rebus interrogas, fecero te certiores. Græci πε-
 νια, Latini Paupertatem uocant. ADVL. Re-
 ste sanè, multum enim nomini res ipsa conser-
 tit. PAUPER. Opus quod exerceo, illud est: in-
 fœlices beatos facio, ociosos ad industriam pro-
 co, ignaros literarum cognitione locupletes effi-
 cio, pauperes dito, deniq; res humanas mea cu-
 ra & sedulitate guberno. ADVL. Perbelle
 rem acu tetigisti. hoc unum enim est reliquum,
 ut ordine inuerso dicta tua repetas, & Apolloni
 oraculo ueriora dixeris. PAUPER. Imò
 quo magis credas, uerè & iusto ordine à me di-
 cta esse, pluribus hæc stabilire est animus, post
 quā tertio loco quæstū reddidero. Quæris enim
 causam

causam cur prodierim, & hoc conficienda ue-
 nerim. Neutquam ociosus est hic exitus. siqui-
 dem uenio, ut cum deligam, qui meas nuptias ex-
 petat. AD VLA. Rectissime, sed ab Orco redu-
 cem esse oportet, quem tua sollicitent connubia:
 quoniam neminem inuenturam te arbitror, licet
 in medio foro, in plena luce accessa lucerna quam
 diligentissime querites. PAVP. Age ne tant
 præcipiti utere iudicio, maturius de me censu-
 ram ferre satage: ulro in meam sententiam pedi-
 bus itura, si quæ sim exactè cognoveris, quantum
 possum didiceris, à quibus procis expetar cogno-
 veris. AD VL. Quamvis temporis ratio, institu-
 tum, tua conditio aliud moneat, tamen animi gra-
 tia hanc tibi dabo operam, ut tuam insaniam ex-
 stulticiam postea hospitibus referre, ipsisq; uolu-
 ptatem gignere possum. PAVPER. Certo mihi
 persuasum est, te hanc quā arbitraris stulticiam,
 paulo pōst summam dicturā sapientiam. AD VL.
 Pollicitationes aufer, idq; quod promissum est or-
 dine commemora. PAVP. Non ab homine, sed
 optimo maximoq; Deo nostra descendit origo.
 scire uis summum illum Iouem patrem iacto, ma-
 trem uero Δίουν, quam Latini iustitiam uocant.
 AD VLA. Quid, rogo, stultius? aliud habitus, a-
 liud tota facies, aliud tua conditio arguit. PAV.
 Quid ita? AD V. Vilis etenim est habitus: corporis

insueta duricies, contemptus omnium: num tibi
 hæc diuinitatis quippiam præse ferre uidentur?
 Quod uero iustitiae natam te prædicat, magis ia-
 standi tui grātia, quam uera dicendi causa fieri,
 persuasum habeo. Cōcurrunt enim plurima, que
 diuersum arguunt. Principio etiam iustissimos
 iure suo potius priuare uideris, quam ut eis ad-
 miniculosis, ut debito iure potiantur, efficiente
 hoc conditionis tuæ sorte inuida. Est etenim ui-
 dere, tui similes à ciuilibus negotijs arceri ab ijs,
 qui iustitiae patrocinia agunt, & in æquitatis of-
 ficina sedulam nauant operam. ut probatur uul-
 gari dicerio magni nominis uiri, & in pruden-
 tum schola percelebris, dum dicit, Ab hoc pro-
 desse libera nos Domine. P A V P. Quod habitum
 culpando, me ioue natam haud esse calumniaris,
 facis hercle immerito: siquidē augustissimus est,
 quo Deum in terris agētem usum fuisse, magni-
 rum autorum testatur historia. acceditq; poeta,
 militate enim semper, & simplici cultu, diuina
 gaudet sublimitas: mediocrium, non prædiu-
 tum adit hospitia: pauperum sectatur tuguria, di-
 uitum alta palatia respuit. De iustitia autem
 quod falso colligis, propulsabo facile, cum absq;
 meo numine gubernacula æquitatis rite gubernari nequeant: quod cum iustitiae antistites iure
 consulti

consulti norint, uno ore prædicant, me in di-
 cendo iure primas tenere partes, utpote cuius
 fauor rebus uniuersis anteeat profectio, uti pro-
 batur ab ijdem in L. cum. §. si in annos. ff. de
 transactionibus. Et in L. si quis ad declinan-
 dum. §. penultim. Cod. de Episc. & cleri. a.
 lijsq; compluribus locis: quibus me ijdem, Pau-
 pertatem scilicet, prodesse affirmant. ADVLA.
 Ha ha he. nunc euidens stultitiae argumentum au-
 dio: tu legibus allegandis causam agere tuam ni-
 teris ἐόντος τρόπου λύπαι. Utinam te prudentum a-
 liquis disceptantem audiat: euestigio tibi occi-
 net, scio, quod Apelles sutori, Ne ultra crepi-
 dam: ita & tu, ne præter colum quicquam tra-
 flare pergeres. Verum ne me uiclam arbitreris,
 ab ijdem legibus arma petam, quibus tuæ cau-
 se iugulum petere, ac fiduciam opprimere inci-
 piam: quoniam & me horum consuetudo colit
 atque obseruat, qui ubi in tui mentionem ueni-
 unt, pari fixu in tui profligationem intendunt,
 allegantes L. spadonem. §. finali. ff. de excus-
 tutor. PAVPER. Bona uerba queso. tu cæ-
 cade coloribus iudicas: non paupertatem, sed
 mendicitatem, hac de causa à iudicij arcent li-
 mine, de cuius fide merito apud quemuis bo-
 num uirum dubitatur. mea autem cum perspecta
 sit omnibus, uniuersi meis gaudent amplexibus,
 Iusti-

Iustitiaeq; filia prædicant, colunt atq; sufficiunt.
 Ridiculum aut putas, legum decreta animo esse in
 sculpta meo, à quo prodit quicquid uspiā scientie
 est, quo homines inter deos referri merentur. Ego
 philosophiae mater, naturæ abdita rimari uolenti
 bus adsum: morū ciuitatem, uitæ societatem, reli
 gionis cultum seellantibus adsum, rationis discipli
 nas aucupantes adiuuo, nec quisquā est qui absq;
 meo numine quicquam profectus literarij speret.
 AD VLA. Vah, blasphemū os: hæc sacrosanctati
 bi attribuis? os in cœlum extollere non uereris im
 pudens? lauda te, sed modestius: loquere, sed uerū,
 aut culpæ præsentem pœnam seres. PAMPHL.
 Desine domina, mea lux, nuganti ori aures præ
 ber e tuas: aliud stude, atq; maiorem quaestum fece
 ris, animumq; uoluptate satiaueris tuum. Eamus
 intro, hospitibus iamdudum expectatæ. PAVP.
 Aut dictis fidem adhibe, aut quemuis cedo arbit
 rum, ueraq; dixisse me animaduertes. AD VL.
 Licet iamdudum hospitibus adesse gestiam, cogit
 me tamen huius rei nouitas, huius fabulæ euen
 tum expectare. Sed eccum Philonem uideo, quem
 arbitrum adhibere lubet, quo utriusq; consensu
 firmatus, audita causa & huius & mea, tutum fe
 rat arbitrium, huic ne miseræ, an mibi felici, laus
 et gloria debeatur uberior. Heus Philo. PHIL.
 Euge opportune, te introduclurus ad hospites,
 ad sum,

adsum, qui tuam præsentiam expetunt, fruiq; col
 loquijs & ue nustate tua cupiunt. ADVLA. Fa
 ciam: sed morare paululum, contentionem hanc
 & fabulam prius discute. Infelix hæc mulier,
 non cōtentæ se Deo prognatam, Iustitiaeq; filiam
 esse dixisse, totius quo que scientiæ, quam Græci
 οὐνδωταις, uocant, inuentricem esse iactitat.
 quod nunc edocetur se pollicetur. cui tu iudex
 aderis, sententiam latus, prout edocitus fueris ijs
 que apud te egerit. PHIL. Nihil libentius. sed
 heus mulier, me huius rei tu quoq; uis arbitrum
 PAVP. Volo, tuoq; iudicio permitto omnia, ut
 quod libitum fuerit arbitrere. PHIL. Te philo-
 sophiæ autorem prædicas? PAVP. Prædico. Ne
 mo etenim naturæ recessus absq; meo auspicio pe-
 netrare ualeat. diuitem moratur opes, beatū impe-
 dit felicitas: hæc enim obstacula sunt industriæ,
 qua naturæ solertia peruestigatur. ADVL. Er-
 ras, & toto sanè celo. egestatem enim industriæ
 remoram esse, poeta testatur Iuuenalis, dum in-
 quirit: Haud facile emergunt, quorum uirtutibus
 obstat Res angusta domi. PAV. Haud facile: e-
 mergunt tamen, idq; per industriam, pulcherri-
 mag; laboris assequuntur præmia, διονομα γαρ
 τε νανα. Si autem testimonio res agenda sit, sus-
 fragabitur mihi tritum Græcorum prouerbium,
 η πονια τας τέχνας σύειν, ADV. Sic me Deus
 amet,

amet, te fraudis doliq; inuentricem esse haud di-
 bito, prout de te ipsa dicis. P A V P. Non fraudis
 dol'ue, ô bona: non recte accipis, artes intelligo,
 quas adeò mihi deberi aio, ut eo euadat quisq; do-
 clior, quo mei numinis est studiosior. Diuitiae e-
 nim ut luxus alimenta sunt, ita ocij quog; incre-
 menta præbent, industriam radicitus euellunt,
 nec ulla eius uestigia reliqua faciunt. Quotunq;
 dabis diuitem, opumq; admiratorem, to-
 tidem uitiorum turpia dabis mancipia, sedulan-
 inertiæ operam præstantia, ex quibus nemo à la-
 bore (optimo artium magistro) certa querit ad
 minicula, ut in philosophiæ cognitionem libe-
 ro homine dignissimam perueniat. Contrà, quos-
 natu ad scientiam anhelare uidebis, nulla diffi-
 cultate, nullis obstaculis territos. In omni enim
 prisca ætatis memoranda uetustate, quenq; do-
 cißimum deprehenderis, prout quam proxim-
 me ad mei cultum accesserit. Vide Origenem, ui-
 de magnum illum Basiliū, uide suauissimum
 illum Bernhardum, omnes meæ sectæ strenuos
 assertores deprehendis: qui tantum abest ut me-
 um numen sint aspernati, ut etiam spretis posse-
 sionibus, spontanea paupertate premi malue-
 rint, quam inter maximas opes beati esse. Summa
 mysticæ scripture oracula optimè peruestiga-
 runt,

runt, qui meam viam ingressi, inopiæ tela sunt
 experti. Neque dissimiles legum latores inue-
 nias extitisse, qui contemptis summis dignita-
 tum titulis maluerunt exules paupertatem cole-
 re, quam in patria partis opibus perfrui. Quid
 enim unquam hac in parte Solone fuit præstan-
 tius & huic tamen exilium & egestas, hoc est me-
 um numen, semper præstò adfuit, æterno ho-
 nore illustratum beauit. ADVLA. Accederem
 tuis uerbis, & persuasa non contradicerem, ni-
 si aliud quotidiana doceret experientia. Siqui-
 dem uidere est magnos reges, terræ dominos,
 diuersum sentire: hoc est, te exclusa, meum nu-
 mens suspicere, admirari, & in proximam amici-
 tie partem admittere. Quare, inquis? Eorum
 dicta sequor: opes, diuitias approbo, inq; ijs fœ
 licitatatem primam consistere aſſeuero. Evidem
 haud dubito, quin si tibi tantum deberi arbitra-
 rentur, te quoque admitterent, semperq; in oculis
 ferrent. sed contrà tibi locum denegant, seqs;
 felicissimos arbitrantur, si quamplurimas opes,
 possessiones, regna denique adipiscantur. cu-
 ius egregium ab Alexandro licet exemplum pete-
 re, qui potentissimus rex, Anaxarcho comite suo
 ex mente Democriti preceptoris innumerabiles
 mundos esse refrête, exclamasse dicitur: Heu me
 miserum, qui ne uno quidem adhuc sum potitus.

Cuius

Cuius facti dum simulacrum Iulius Cæsar
 disset, lachrymasse à Suetonio fertur: adeò his,
 tantis regibus, tua fuit inuisa necessitas. PAVP.
 Quid: me odio his habitam arbitrare? hallucina-
 ris sane, nescisq; quām iugi conuersatione & fa-
 miliaritate me sint prosecuti: nō ignari, sine mea
 opera, meoq; auxilio, quod intendebat, se conse-
 qui non posse, dum uterq; sub dio in magna penu-
 ria uitam exigere maluit, quām in umbra regijs
 frui delicijs. Quare eorum patrocinij tuam cau-
 sam agere frustra conaris: rectius factura, si tui
 admiratorem & continuum asseclam Sardanapa-
 lum adduxisses, qui adeò meum numen est auersa-
 tus, ut neq; mentionem eius fieri sustineret, prius
 habens in media adsentantium corona fila trahe-
 strare, hostium impetus arcere, pacē tranquillita-
 temq; instaurare, propagare: Adualationi seruire
 potius, quām ex meis auspicijs fœliciter preeſe
 alijs. Quamobrem cunctis doctorum suffragijs
 monstrò quām homini habitus est similior. Porro
 si exemplis res transigenda uenit, quid moror sœ-
 licissimum quenq; philosophorum adhibere, om-
 nis uirtutis & doctrinae antistites adducere, pris-
 cæ ætatis ac sapientiæ oracula huc coram sistere,
 quid uetat? ut coram singulorum testimonia au-
 dias, cognoscitura & tu & Philo arbiter abun-
 dantiſſima

dantissima mei numinis eulogia. ADVL. Vnde
 philosophos petes misera? PAVPER. In pro-
 cliui est, cum eos uel ab imis manibus reuocare
 meum numen ualeat. Atque adeò ut uerbis no-
 stris fidem adhibeas, en tibi omnes mei nominis
 admiratores strenuos. ADVL A. Aedepol te di-
 gnos testes adhibes, tuosq; procos autumo. PHI.
 Augustissimos uiros uideo, quorum nomina cre-
 bro a magnis uiris uenerari audio. PAVPER.
 Prodite ordine, meam causam acturi, quibus me-
 um numen usque placuit: mutatoq; sermone pa-
 trio, latina mihi ferte testimonia. PHILVMB.
 Quidemanus' ne loqui uis? tu causam dicio, cum
 mortuis nulla sit testimonij dictio. PAVP. Quo-
 niam igitur sic lubet, faciam. En Platonem, phi-
 losophie omnis antistitem. hic relicta clarissima
 patria, Aegyptiorum fines pauper lustrauit, Ita-
 liam egens adiit, ac deniq; summū prudentiæ et
 eruditionis nomen adeptus est. Hunc sequitur a-
 speritate nobilis Diogenes, qui suum dolium regiae
 aule anteposuit, holusculum lautissimis epulis et
 Alexandrinis preposuit deliciis, strenuus deniq;
 in omni uita meus assertor extitit. Tertius est Cle-
 anthes, industrie singularis exemplar, qui noctu
 aquam haurire non dubitauit, ut interdiu philo-
 sophie commodiorem daret operam: quam asse-
 gatus feliciter, nomen immortale posteris reli-
 e quit.

quit. Quartum uide Democritum, qui oculis sibi
 erutis, sapientiae totum se mancipauit, Paupertati-
 sisq; studiose præcepta coluit. Quid respsice ulti-
 mum, qui magno auri pondere in mare abiecto,
 pauper philosophiam subsequi elegit. ADVL.
 Quæ retro seruo redimita conspicitur umbrae
 PAVP. Ferè præterieram præcipuum meæ glo-
 riæ decus. hic omnis doctrinæ parens Homeru-
 est, nostræ laudis pars maxima. qui adeò me co-
 luit, ut doctissima carmina, auro præstantiora,
 panis stipe uenderet. ADV. Ne me uicla his testi-
 bus existimes, en tibi meos quoq; comites. Vides
 magnum illū Aristotelē, qui inter maximas opes,
 naturæ penetralia est rimatus. Vides Aristippū,
 usque coluit, summosq; honores, dignitatesq; est
 consecutus. PAV. Aristotelē quāuis diuitē, mei ta-
 men amantem fuisse, cōstat: regium uerò canem,
 Aristippum puto, facile tibi cōdonauero, non ue-
 rita, quin horum splendor sit huius lumen, quale
 cunq; id demum fuerit, obfuscaturum. ADVL.
 Quid exemplis opus est? cū tui effectus, quæ qua-
 lisq; sis, coarguant: quoniam tuū quod iactas nu-
 men, publicis atq; priuatis rebus tantum calamiti-
 tis et incommodi adserit, ut principalior nulla
 existere pestis aut possit, aut uelit. Tu publicam
 tranquillitatē uiolas, animorū necessitudinem di-
 rimis:

rimisitu furtis, tu sacrilegijs occasione præstas: tu
 honestas matronas, innocentes uirgines turpitus
 dini prostituis: tu adolescentes in pernicië illicis,
 iuuenes temerario cōfilio perdis. Mirū nī: grassa
 tores uiarū quo prætextu sua tegunt sceleras non
 alio sane, quām indigētæ tegmine. Quid furibus
 aliena inuadendi ansam porrigit? quid sacrilegos
 animos exasperat, ut inuitis alijs animo furandi
 res alienas appetant, & temerario nisu clam aufo
 rat? Sanè cū roges, rerū angustias paupertatisq;
 molem accusant. Quid matronis atq; uirginibus
 uitæ persuadet licentiæ durum telum necessitas.
 summa delinquendi omnis occasio, si æquo nitaris
 iudicio, in tuū caput recidet. P A V. Mordes, o cæ
 cus animus, cæcior oratio, caliginosissimū pectus,
 adeò me culpas immeritæ latrocinia, tyrannidē,
 non mihi, sed tibi acceptam ferunt homines. Si
 quidem tu assentando, dulciq; adulacionis uene
 no regum principumq; percellis animos, ut post
 habita mansuetudine solita, summā crudelitatem
 & scuiendi licentiæ erga insontes induant, mul
 tis cruciatibus innoxios ad mortem compellant.
 Nec defunt exempla, quibus id quod dixi cōpro
 bem. Aliud enim nihil Seruatoris nostri præcurso
 rem Ioannem sustulit, quām lasciuæ puellæ assen
 tatio. Porrò tu desperationis præsentissima occa
 sio, quo suis innocentis animi uiros rebus ac for

tunis amissis, latrocinijs coinquinatis: cuius frequētes confessiones tam expressae, quam spontanea uoluntatē dictae, certissima sunt indicia. Furta autem cessant omnia, excludūtur sacrilegia, ubi medium numen autoritatē locumq; obtinet. me etenim qui colit, suo contentus est, aliena non appetit. publicā pacē augere potius quam minuere satagit. Virgines uero quomodo, matronasq; me in libidinem prouocare inquis? cum mihi & libidini adeo non cōueniat, ut frigidum calido, humidum sicco magis repugnare nequeat. Quicunq; enim pertati suum nomen tradidit, idem & continet sese mancipauit. Contrā, quibuscung; tu tuaq; sordida professio cordi est, p̄cipue uentri, & que sub eo sunt, assiduā dant operā. Vides quam mihi uitio uertere nitebaris? PHIL. Omissa huiusmodi conuiciandi libidine, que usq; adeo ueritatis indagandae adminiculū non est, ut nulla ueri occultandi sit maior occasio, rem ipsam dicite, ut tandem de causa cognita tutò arbitrari queam: memores, me controuersiae, non iurgij compositorem, me iustitiae, non calumniæ vindicem adesse. ADVL A. Sentio, neq; uersutiā, neq; loquacitatem tibi deesse, sed affatim hæc suppeterem: quare meū quæstū, institutumq; iter perficere, & cupita uoluptate perfrui malo, quam longius tuis ineptijs operantur.

operam dare. P A V P. Tu igitur Philo arbiter,
 ex auditis probatisq; sententiam concipe : eamq;
 quæ dignior fide æstimabitur, præferre alteri nō
 dubita. PHIL. Ardua hæc res est, exactiusq; iudi-
 cium postulat: proinde longiore deliberatione ad
 hanc rem opus esse arbitror. Interea neutrī suām
 laudem derogo. τὴν πενιανήν honestatis titulo ex-
 ornans, Konaneiæp uero uenere & gratia com-
 mendans. P A M. Hera, tempus est promissa iam
 perfici, hospitum animos iam diu suspensos tuus
 aduentus detinet: lauticiæ, epulæ, te manent: ad-
 uenientem te accelerare iubent, ne quid periculi
 mora hæc adserat. ADVLA. Vale igitur infelix
 mulier, eumq; in multa expectato secula, qui tua
 connubia expetat. equidem inueni eum, qui me
 ambiat, qui meo thoro delectetur. P A V P.

Expectabo, cuiuscunque mo-
 ræ patiens.

e 3 R E C T O R E

RECTORI MAGNI
fico, ex collegio uniuersalis studij Friburgen-
sis, IO. ARTOPOEV S. D.



Aepe apud animum me-
um cogito, Ordo patru-
clarissime, quam pruden-
ter & studiose iuuentutis
uestrae curam agatis: dum neq; labo-
res, neq; sumptus quamvis magnos
refugitis, ut quam rectissime iuuen-
tus instituatur, prouehatur, eruditio-
ne clarescat deniq;. Neq; unquā mi-
rari desino tantā pietatē, animūq;
uerē patriū: præsertim quoties in-
mentem uenit negotiorū tam publi-
corum quam priuatorū, quibus di-
stricti minimū quietis habere possi-
tis, partim dū religionis orthodoxæ
sedula patrocinia obitīs, partim dū
politiam imperij instaurare conten-
ditis: ex quibus neutrum est, quin to-
tum sibi hominē uendicet, qui se su-
amq; uitam in præfixum huiusmodi
scopū impendat, nedum alijs quoq;
rebus sese implicit, Verūm contra,
quoties,

quotiescūqp subit uestrī officij ratio,
 quæ pueritiæ salutem ante omnia re-
 spicit, & uobis innatę integritatis re-
 cordor, protinus mirari defino, ade-
 op uobis ilicò cōgratulor, de tā salu-
 bri ac prudenti consilio, quo utrūqp
 confunctim expediendū usqp censui-
 stis: nēpe ut & publica fœlicitas per
 uos dilatetur, & uestra iuuentus rite
 gubernetur. quorum illud, quanta
 cum dexteritate effectū detis, nō at-
 tinet dicere: cū in noticia sit omniū,
 et sole meridiano sit clariss, uos om-
 nibus neruis Reip. Christianæ asse-
 rendæ incūbere: cuius nobile exem-
 plū clariss, uir Zasius edidit, qui suis
 monumētis cedro digniss. Iuris pru-
 dentiæ cyclopædian absoluit, & illu-
 strauit. cui in altera parte proximus
 fuit Eckius, qui religionem manu te-
 nere sedulò est adnīsus. & ne præ-
 sentiū honoris oblitus uidear, non-
 ne Theobaldus Bapst, Ioachimus
 Mynsingerus à Frōdeck, Georgius

Schmotzer, doctores clarissimi, usque sua prudentia rempublicam & Romani imperij politiam iuuare student: studēt sane. Ut interim taceam Theologicæ professionis proceres, qui eodem nomine celebrandi ueniunt, quod cōmune bonum semper promouere ac dilatare contendant. Reliquum uero, quod iuuentutis utilitatem spectat, ita adimpletis, ut nihil reliquum esse possit, quod honestatis formam repræsentat, quin illud ipsum nunquam non adolescentiæ inculcetis: memores, & pernicio sam & uilem eruditio nem esse, quæ nulla honestate sit condita. Ex quo licentiam uestitus cohibusisti, quæ iam annis aliquot apud exterorū ita inualuit, ut non abs requis eam detestari possit, utpote quæ uitæ insti tuti omnem differentiam adimat, nemiles à pagano, literatus ab indocto discerni possit. Cui malo & pernicio so, & cum decoro pugnanti, peruos succur,

succursum est, & studiose factum ne
 ea libertas diutius subsisteret, et talis
 licentia obtineret. Adde quod accu-
 ratè undiquacq; eos conquerit, qui
 docendi munera fœliciter exequan-
 tur, adolescentiam eruditione imbu-
 ant, & honestatis ornatu decorent:
 ut non abs re dixerim, uos & publi-
 ca & priuata rite gubernare, & pro-
 uesta prudentia moderari. Quocir-
 ca p̄ijs laboribus iusta merces erat
 tribuenda: quam utinam tribuere
 possem locupletissimè, paratus sol-
 uerem, indubio confisus ea ratione
 me effecturum, ut accepto digno ho-
 norario operā sitis daturi, ut quem-
 admodum hactenus alios industria,
 ita nunc uos ipsos uincere possitis.
 Siquidem rerum status hoc postu-
 lat, ut honestis laboribus honesta
 quoq; merces tribuatur. Verū enim
 uero, quoniam condignis uos hono-
 rare modis non licet, illud quod me-
 rum est uirium, gratum animū ex-
 e s hibeamus:

hibeamus: præcipue cū uestri operis
 & ego nō minima sim portio, quem
 hactenus benignè fouetis, ac uestrae
 benevolentiae participē esse sinitis.
 Gratius aut̄ aliud nihil hoc tempo-
 ris articulo ad manū habeo, quām ut
 ingenij uestri animiç promptitudi-
 nem demonstrem, & qualicunç la-
 bore indicem. Conscripti igitur nu-
 per, & publicè pronūciaui hanc Di-
 sciplinę arborē, eamç ex certis cau-
 sis in lūcem emittere decreui, tum
 propter figmenti raritatem, tum ad
 inuitādos studiosorum animos, quo
 similia comminiscī studeant, uberio
 remç doctrinę messem faciant. Hoc
 cum alicuius tutelā exposceret, quo
 rectius manu teneri, & in hominum
 manus uenire posset, occurrebat ne
 mo cui rectius, uel tutius hoc com-
 mitti posset, qui & libentius & maio-
 ri cum dexteritate huius laboris pa-
 trocinia susciperet, suscepta exequa-
 tur, quām tu Ordo patrū clarissime.

Tu

Tu igitur hoc quicquid operæ est,
 defendendum accipe, & à liuidorum
 moribus vindica, certò persuasus,
 aliquando maiora fore, quibus te
 honorare, nomenq; tuum illustrare
 conabor. Vale, Vormaciæ,
 decimosexto Calen-
 das Iulij.

DE ERV.

DE ERUDITIONIS
arbore, IOAN. ARTOPOEI

Oratio.



Vlchrè Cicero oraturo precipit, ut singulari cura, industria solerti, studio uigilanti, rerum delectum agat, de quibus uerba facturus prodeat. Agere autem eum existimat, qui auditoris uoluntatem, desideriumq; studiose rimatus sit: quo delectetur, quid fastidiat, considerarit, atque didicerit. cui perdiscendo cùm alia multa subseruiunt, tū præcipue aurium iudicium, præsentissima adminicula præstat: uidelicet ut à nobis ipsis experimentum capiamus, quid alijs molestum, gratum ue sit futurum. Hæc enim perspecta habere, & tanquam in numerato posita, est totius negotij summan inuenisse, inuentam disposuisse, uerborum denique apparatu elocutum esse. Siquidem eò potissimum dicentis respicit oratio, uti audientis uoluptas, & pro concione dicentis excitetur alacritas. Quare eiusdem principis oratorum consilio, authoritate, rei denique utilitate admonitus atque persuasus, iuxta prouerbium, tritam uiam nouumq; decorem aucupatus, uos, uestrosq; amicos delinire constitui. Ut enim crebro usu receptum

receptū est, ex hoc loco philosophiæ laudes de-
 cantare: ita multorum opera facilitatū est, ut pla-
 nē tēdio plenū uideatur esse, rem toties auditam
 repetere, aures q; uestras mox ab initio uulgari di-
 sitione alienare, & ueluti crambe bis cocta mole-
 stiam gignere. Veruntamē ut ijsdem uestigijs in-
 hærere nō expedit, ita ignotum subire tramitem
 periculosum est: medio igitur tutissimi ibimus,
 dicturi uniuersæ eruditionis nouam quidem, sed
 uenustam effigiem, nempe τὴν πανδειάς περιγρά-
 φην multo pulcherrimam, quærerum imperitos
 allicere, doctos oblectare, primæ notæ uiros in-
 admirationem trahere absque difficultate po-
 terit, institutioni utilis, illecebrarum referta con-
 dimentis, insolita nouitate admirabilis. Quæ,
 inquies, isthæc noua descriptio: quod cōmentum
 in'olens? Arbor est eruditionis, Græcis Δέν-
 διον πανδειάς uocata. Hanc nuper, montana
 petens uicina, conflexi, conspectam noscere de-
 siderauī, notam denique sum admiratus. Place-
 bat forma, quantumuis fronte prima horridam
 spectanti faciem ostenderet, placebat odor, post-
 quam fragrantia suavis naribus irrep̄sisset. Ac-
 ceſſi, intuitus sum, considerauī: cum forte omnis
 generis homines præsentes animaduerto, mag-
 nis uiribus eam cuellere, inq; suum ius & pote-
 tiatem redigere conantes. hic radicibus, alter
 truncō,

trunco, ramis alijs, nonnulli folijs intendebant.
 Obstupui ardore laborantium perculsus. Tan-
 dem recollectis uiribus, animo reuocato, ad opus
 uenio: rogito industriae causam, desiderium inue-
 stigo, arboris uirtutem inquiero: nam latentis bo-
 ni argumentum, industria edebat. Profiliit uir
 multa senectute reuerendus, augusto uultu, ser-
 mone graui suspiciendus. Causam, inquit, no-
 stri conaminis scire laboras? Est hercle ardua,
 latens nimirum huius ligni & splendida uirtus,
 quæ tanta est, ut una hoc mortalibus elargiatur,
 quod eos extra sortem humanam statuit, & mo-
 do non diuinos inter honores traducit, ex mor-
 talibus immortales, ex miseris foetices, ex ob-
 scuris illustres, ex indoctis doctos efficit. Equi-
 dem tantis bonis illectus, nomen interrogo. Sci-
 entiae arborem esse, mihi respondeatur. Hic ueste
 posita, corpore expedito, & ipse manum ope-
 ri admolior: præacuto ferro radicem adorior,
 non sine flagranti studio, quasi subito radici-
 tus arborem extirpatus, ut tantæ uirtutis at-
 que energiæ particeps efficerer. Sed difficul-
 tate soli, saxyq; asperitate cui adhæserat, deter-
 ritus, spem unam cum cæteris abijcere cœpi. A
 more tamen reuocatus, iterum euellere sum ad-
 nisu. Re nondum ex animo succedente, recep-
 sum est saepè, saepiusq; recursum: donec eò ue-
 nire

nire contigit, ut radicem cernere, gustumq; haurire liceret. Degustaui: mox fronte corrugata amaritudinem sensi, eamq; cum fastidio sum aspernatus. Neque tamen protinus institutum repudiare sustinui: uerum et stirpe aggressus, cor ticem penetrare uolebam. Tandem post magnos conatus, eosq; diurnos, uix aspectus contigit, aditu per quam exili facto. Quo minus enim aperirem altius, durities impedimento fuit, atq; mearum uirium exigutas. Deinde ramos adortus dispari coma uirentes, molles quidem, sed adeo fixe stirpi adhaerentes comperi, ut citius universa arbor ruitura uideretur, quam ramorum quicquam decerpsum iri, cum non secus captantem fugerent, quam Tantulum undae, mala que cupita. Postremò folia aggressus, discolorem speciem figuramq; ostendentia, auferre tentauit, tentata sequebantur. nec ullis uiribus locus erat, ultro plerumque folijs decidentibus: uerum illicò marcescentibus, naturaq; uirtute iuxta atque colore uiuo euanescente. ex quo et ipse uana spes sum delusus, euentum expectatum non consecutus. Nanque spes erat, me arboris fructus percepturum, si tantum eius partis, nemp; foliorum copiam nactus essem. sed errorem euentus coarguit: quippe in resecta coma, nihil prioris uel pulchritudinis, uel gratiae remansit.

Arborem

Arborem cognouisti, situm formamq; didicisti,
 occultæ uirtutis præstantiam in dubio acceperisti.
 Scientia arbor est, in uertice montis posita, aspe-
 ctu horrida, radice amara, folijs arborei coniuncta
 dulcissima: quæ percepisse, est summā felici-
 tate, honores ter maximos, opes infinitas nactum
 esse. Sed ne sub prætextu egisse uidear, rem ha-
 ctenus ueluti per nubem traditam declaremus, lu-
 mine interpretationis inducto obscuritatis tene-
 bras propulsimus: ut non audire arbore, sed ante
 oculos pictam lustrare sit integrum. Radix a-
 mara est, ad quam meritò quiuis naufragare possit,
 dulcioribus affuetus. neq; id præter rē: quoniam
 honestæ rei nihil est, quod dulcem euentum tra-
 hat, quin aditum habeat difficilem, principiaq;
 aspera. Sic uirtus unica beatitudinis effectrix, ut
 abdito reclusa, nullius in consortium uenit, nisi
 per magnos labores, in defessa studia, conatus stre-
 nuos: quibus solum amaritudo uincitur. Vnde
 prudentissime Poeta canit Hesiodus, deum fo-
 ribus tuis ægeris custodem adhibuisse prorsus
 inexorabilem, aspectuq; horridum, Sudorem ui-
 delicet, dum inquit,

Tūs d' ægeris isolata deo: προπαρθεναρά
 Aθævætor.

Sensit uir prudens, rem in tantum speciosam
 protinus uilescere, si in procliui posita, aditum
 uolentibus

uolentibus præberet facilem: præsertim cum ita natura sit comparatum, et quotidiano usu experientiaq; confirmatum, ut in extremum contem- ptum abeant. Et estimationis uniuersæ iacturam faciant, quæ uulgaria sunt, et quibuslibet obuia, Græcorū adagio id satis cōmonstrante, Avonora- tē nāx. Quemadmodum enim difficultia sunt pul chra, ita facilita et deformia sunt, et omnis gra- tie expertia. Vnde sua estimatione auro: à difficultate comparandi. Vnde sua phœnici gratia: à raritate. Deniq; quicquid in precio est, magni- q; estimatur, hoc cum in abdito est reconditū, tum egrè paratur. Cui et Maronis suffragatur au- toritas, qui uirtutem canit in arduo positam, adi- tum præbere difficilem, dum inquit:

Nam uia uirtutis dextrū petit ardua callem,
Difficilemq; aditū primū spectantibus offert,
Sed requiem præbet sessis in uertice summo.
Quare hæc pulchra, honesta, iucundaq; sunt non
immerito, cū tantorum uirorū subscribat autori-
tas. Ceterū quæ obuia, aditusq; procliuioris sunt,
tam sordida, quam periculosa habentur. Qua de-
re pronus in uitia lapsus est, et præceps occa-
sio: quam apprehendere, et sectari, uti est expedi-
tum, ita summo periculo plenum, eodem Marone
teste, cum inquit:

Molle ostentat iter, uia lata, sed ultima meta

Præcipitat captos, uoluitq; per ardua saxa.
 Quamobrē cū nihil pulchrū, nihil honestū sit, ni
 si idem & difficile, et amarū: cui mirū esse potest,
 hāc multo pulcherrimā arbore, amara radice solo
 coaluisse? Deuorandū est hoc fastidiū, asperitas le
 niēda, eo cōdimēto adhibitō, quo omnia austera
 mitigari, difficilia leniri, amara dulcorari solēt: a
 more scilicet, q ut saccarū acuta cibaria cōdit, cō
 dita lenit, lenita edulcat: ita quæcūq; onerosa, amo
 ris præsentia omnigena facilitate ornat. siquidem
 Comico autore, nihil tā difficile est, quin quæren
 do inuestigari posīt: et cōtrā nihil tā facile, quin
 difficillimū siet, dum inuitus facias. Quid multis?
 Amor omnia uincit. Quid enim ea dementia tur
 pius, quæ humanū genus eō deducit, ut uiri (quod
 turpissimū est) sui obliuiscātur, & fœmineā molli
 tiē induant? Attamē amoris ui cōmendatur, ut nō
 amplectamur. Quid labore durius? Sed adeō mol
 litur amore, ut amātibus deliciarū loco esse inci
 piat. Quo igitur huius radicis amarulētia feratur
 ē medio, amoris præsentissimū pharmacū adhiben
 dū uenit: ut radix antè insipida, confessim sapere
 incipiat: antè odiosa, nūc chara efficiatur, ut pote
 cernere atq; potestati suæ subijcere uelit. Quæris
 euellēdi consiliū, quo tandem gratissima radice po
 tiaris?

tiaris? Ligonē admoue, puta ingenīū: tēporis suc-
 cessum admitte. illius enim acumē, quicquid mole-
 stia est & oneris, citra negocīū expugnabit: prae-
 sertim cū ea humani ingenij sit dexteritas, ut om-
 nia uincat, quæcūq; serio conatu, pronaq; uolu-
 tate superanda decreuerit. Hoc cœlos penetrat,
 terræ uiscera scrutatur: deniq; adeò solerti studio
 naturā emulatur, & propè sequitur, ut quicquid
 ea produxerit, hoc nō modo intelligat, uerū omni-
 bus quoq; partibus absoluat, quid' ni et hāc radicē
 eruat: Tēporis lapsus atteret soli duricie, rē expe-
 diata proferet, radicē euillet, quæ solidissimē ter-
 rē coaluerat. Quid enim tēporis abolitioni nō est
 expositū, quod nō cōsumatur? quod ætas nō confi-
 ciat? Aurū teritur usu, ferrū ætas minuit: & quod
 omnīū durissimū est, egritudinē dies adimit. Hac
 ueritatē obscura caligine adobrutā producit, ut
 luce clarior uideatur, quæ antē inuoluta tenebris,
 nulla ratione inuestigari posse uidebatur. Quo no-
 mine prudentissimi poëtæ, Veritatē temporis fi-
 liam esse cōmenti sunt. Quare cum omnia tēpo-
 res soluantur, quid ni ex radicis nostræ quamlibet
 duræ cedat adhæsio? Principia igitur eruditio-
 nis probè iaciat oportet, qui diuturnam scientiæ
 arcē edificare uoleat, qui nostræ arboris radicem
 speret. Grammaticen, Dialecticen, Rhetoricen,
 exactiori cura perdiscat est necesse, qui doctri-

næ cacumē ascendere, & cum Ennio in Parnasso
 somniare, cum Vergilio Aonium uerticem pete-
 re, cum Flacco sidera ferire cupiat, qui cum Cice-
 rone suis prælucere maioribus in animum indu-
 cat. Dicit aliquis, hæc parua sunt, neq; digna
 uidentur, quibus & ingenium intendere, & tem-
 poris cursum tribuere debeam. At qui sine his ma-
 gna cōstare nō possunt. Sunt amarā: Verū mel-
 litum saporem trahunt, summā maturitatis spem
 ostendūt. Adhibe neruos ingenij, amoris adde dul-
 cedinē: & quicquid austерitatis est, quicquid ama-
 ritudinis suppetit, non grauatè uiceris. Nactos
 radicē, stirpem adoriri cōuenit, quæ radice euil-
 sa sponte corruet. Quemadmodum enim reciso
 capite, corpus humanum subsistere nequit: ita ra-
 dice incisa arboris truncus ē uestigio collabitur.
Hic nodosa occurrit facies: cortex duritia riget,
 inæquali asperitate horret, quem nec ferro, nec
 igne penetrare liceat. quippe ferrum hebetat,
 quod de Salamandra scribit Plinius) extin-
 guit. adeò nihil formæ aut gratie habet, ut cū eo
 quod turpisimum est, uix conferri poscit, nedum
 spectantem oculum in sui amorem trahere, animū
 pulchritudinis fascino perstringere, decoro soli-
 citare queat. Imò eius figuræ est, ut quemlibet
 in odium potius sui, quam amore pelliceat. Nam
 uiliſſimo ligno quis delectetur? quis iacentē trun-
 cum re-

cum respiciat: nemo sanè, nemo nisi qui latentis
 uirtutis energiam cognitā perspectamq; habeat.
 Coloris est, ut dignosci uix queat: adeò lutoſa ui-
 dentur omnia, adeò squalent uniuersa. **Quis** iſthic
 factor sit, requiras? quæ talis deformitas? Ea nimi-
 rum, quæ primò ſeuiores artes ingredientibus
 ſolet occurrere, eosdem impedire, tædio afficere,
 & non raro eò desperationis præcipitare, ut non
 ſecus ab institutis artibus refiliant, quam si mali-
 gno œstro perciti eſſent. Hæc illa pestis eſt, hæc
 lues execranda, quauis hydra nocentior: hoc u-
 nicum bonæ frugis adolescentum eſt impedimen-
 tum, cuius obſtaculo præpediti, minus emergant,
 pulcherrimæq; expectationi cùm parentum, tum
 amicorum ſatisfiant. Hic doctrinæ principijs
 ſoeliciter initiatuſ, hoc ſqualore, hac difficultate
 territus, pro libris arma ſumit: & Glauci permu-
 tationem faciens, cum magnis periculis ſumman
 ſecuritatem commutat. Ille ab ingenuis artibus
 profugus, ſeruilis opificij ſe reddit mancipium,
 non alio quam huius corticis odio ductus. Nam si
 Theologiæ profunditatem ſpectet, ſi Iurispruden-
 tiæ latitudinem conſideret, ſi Medicinæ ſubtilita-
 tes intueatur, ſi Mathematum sterilitatem expen-
 dat, protinus ſpem abiicit, primaq; facie offensus
 fertur in præceps, cōſiliū pœnitet, nec tam uastam
 ac ſalebroſam uiam carpere, doctrinamq; perse-

qui sustinet, ut non abs re huius arboris corticem
 & durum & horridum paulo antea dixerim. Non
 desunt exempla, quibus iam dictis fides posset fieri,
 nisi domestica calamitas me dicere parantem
 prohiberet: qui & fratre in hac naui periclitatum,
 & proh dolor naufragum aspexi. ne dicam inter-
 rim dulcissima amicorum columina, quae haec tem-
 pestas abripuit, & in belli uoraginem deturba-
 uit. atque utinam eiusdem casus discrimina exper-
 tos plerosque, non praesentes uideam, qui tum libe-
 rorum, tum amicorum interitum lugent, ac misera-
 randa querela prosequuntur. Haec unica paren-
 tum est calamitas, qua ipsorum canicies ad mortis
 limina pertrahitur, ut deplorata uitam deponere
 & uelint, & cogatur. Cui etenim sit tam cornua
 uibra, tam crudele pectus, & ad quos suis casus im-
 mobile, ut non moueatur, tristetur, conficiatur
 denique, si filium cernat degenerem, qui literis post-
 habitis, Martis signa prosequatur; qui studiorum
 (quibus mancipatus erat) rationem nullam ha-
 beat, pia uota parentum eludat? Evidem persua-
 sisimum habeo, huius mali occasione plures inte-
 rire, quam ullo tormentorum genere. Sed reuoca-
 re gradum, tristeisque expendere casus Desistam, ac
 saluberrimae picturae formam absoluere pergam. Si
 cortice hunc detrahere, si hanc immunditię tolle-
 re est animus, si arboris splendor, ligni uenustate
 contem-

contemplari gestis: securim adhibe, hoc est boni
 preceptoris uiuam uocem delige, linguam quoquis
 gladio penetrantiorē require, solidum doctoris
 iudicium adi, quæ absq; mora hoc uelum remoue
 bunt, scientiæq; arbore prudenter decorticabūt.
 Horum autoritatem uenerare, hos duces sequere,
 horum iussibus morē gere, desiderij tui ilicò com
 pos futurus. Hi sacrae scripturæ mysteria reuelab
 bunt, Iuris scientiam latè sparsam disciplinam sub
 compendio docebunt, Medicæ artis soluent argu
 tias, Mathematicæ sterilitatem fœcundabunt. Po
 tremò, deterso squalore omni natuam speciem
 detegent, ut sublata umbra, elegantiissimæ rei figu
 ram aspicias. Hic cessat fastidiū, definit labor, uo
 luptas sumit exordiū, subit amor, gaudia crescūt,
 et mille delectationis species oboriuntur. Nu
 dam cernis arbore, de exhaustis laboribus trium
 phas, de perpeñis difficultatibus tibi ipsi gratula
 ris, mirū ni contigit fera quam sectabarisi: Incidit
 in casses præda cupita tuos: cōtigit lignū quoquis
 ære marmoreq; præstantius, cui adeò nihil cōpa
 rari potest, ut nō temerē solum quis & bonū &
 salutiferum iudicet. Quid ligni sit, rogas? Est ea,
 quā Græci Cyclopædian, Latini scientiā appelli
 tāt. Hic instar regis in amplissimo palatio, magno
 cum imperio, regno potiris, si speciosi huius ligni
 dominium nactus fueris, omnium disciplinarum

cognitione præstas. Hic sacro sanctis dogmatibus
 imbutus, cœlesti rore aspersus, mira edis fragran-
 tiam: diuino nectare potatus, ambrosia pastus, nil
 non diuinum sapis, sacra eulogia prædicas, ater-
 ne uitæ gaudia lustras, salutis iter carpis, angu-
 stū trahit sedulò custodis, ad cœlestem aulam
 perpetuo spiritu anhelas. Quid hoc studio augu-
 stius? quid tali consideratione beatius? quid hoc
 statu sublimius? Nihil sane, nam si hæc uita solum-
 modo transitus est ad futuram, si hoc exilium illa
 cœlestis uera patria: nulla potest ea felicior esse
 ratione uiuendi, quæ semper de futura cogitat pa-
 tria, eam inquirit, sectatur, manuq; apprehendit
 obuia. Hoc thesauro locupletatus, semper æquita-
 tis amore languet, iustitiae limites obseruat, ne
 ipse uel transiliat, alios 'ue transfilire permittat:
 societatis humanæ sacro sanctum uinculum redin-
 tegrat, ne quandoq; ruptum tumultus & hostilis
 contentionis occasionem præstet, tyrannidis li-
 centiam aperiat, obedientiæ munus tollat, fauores
 perimat, odia introducat. Hinc gubernaculis adhi-
 bitus, iusti regiminis formam statuit, ad quam ue-
 luti Lydium lapidem politican administrationē
 exigere conueniat. Hic iura edoctus, ius dicere, li-
 tes dirimere, suum cuiq; tribuere satagit, ut omnis
 iniuria cesset, dolus excludatur, litigantium teme-
 ritas refrenetur. Hoc lignum quicunq; naclus sue
 rit, uitæ

rit, ut & honestatem cognoscens uirtutem emula
 tur, fortiter res agit, modum ubiq; magistrum co-
 lit, ne quid indignū hominē docto, uiro prudenti
 dedecori quod sit admittat. Hic neminem lædere
 cum uolet, omnium commodis seruire, aliorū in-
 cōmoda arcere, quoslibet studiose demereri adni-
 titur. Quo conatu quid humanius? quid hoc ani-
 mo illustrius? quid hac mente ornatus? Nam si ho-
 mo homini, ut in proverbio est, Deus esse et debet
 & potest, perfectius nihil tali homine inuenitur.
 Porro nostræ arboris stipite dotatus, omnium ne-
 cessitati adesse cupit: ægros sanare, sanitatem con-
 tra morbos præmunire studet, ne simulatq; incu-
 buerint in corpus humanum, & inualuerint, sera
 medicina paretur, certiorq; mors quam salus se-
 quatur. languores tollere, ingruentes tempestates
 auersari, exortas componere laborat. diuitibus so-
 latio adest, pauperibus auxilia præstat. Quoniā
 ut illi qui dextro utūtur Hercule, rerumq; copijs
 affluunt, domi habent, quo malis iam natis medean-
 tur: ita quibus fortuna nouercatur, omni ope desli-
 tuuntur, alieno egent auxilio: quod præbet hic
 efficax, qui intempestiuā morte salutaribus pocu-
 lis anticipat, sata imminentia coercet, uitæ termi-
 nos prorogat, sororesq; inexorabiles dulci phar-
 maco inescat: adeoq; suæ arti subiugat, ut prorsus
 in suum ius arbitriumq; consentire festinent. qui

naturae secreta perscrutatus, latentes herbarum uires aperit: animantium ortus interitusque obseruat: homines informat, ut se suamque naturam agnoscant efficit, ne contra eiusdem decreta quicquam machinantur, et contra stimulum calcent: hoc est, sese perdant, et uitam ante tempus sibi abrum- pant. Quo quid salubrius? quid Christiano homine dignius? quid literis polito conuenientius? pre- fertim cum inde homines nuncupemur, ut huma nitatis officia strenue exerceamus, alter alterius calamitati paratus subueniat, pressos infelicitate subleuet: nemo priuat et utilitati adeo intendat, ut aliorum fortunas negligat. Quoniam si mutui amoris necessitudinem auferamus et medio, neque homines esse, neque subsistere societatem licebit. De- runt magistratus boni, ubi priuati compendij ratio tanta habebitur: effrenis subditorum licentia inualescet, ubi nemo supererit qui in delinquen- tes animaduertere, bene meritos iustis praemij honorare uoleat. Quid multis concidet uniuersa hominum societas: neque secus extinguetur, quam si in spongiam incubuisse. Quid ni igitur ho- mine digna hanc experientia dixerim, que haec omnia conseruat, et ab omni interitu vindicat? Hoc bono acquisito, unusquisque diuersos locorum situs cognoscit, regionum disparium disparem qualita- tes ediscit, continentis plenam cognitionem affequi- tur:

tur: neq; ullus tam remotus orbis erit angulus, quæ non perspectum habeat: maris sinuosos cursus agnoscit, atq; recursus: fontium scaturigines, flumi num fontes, quomodo nesciat? qui Geometrica disciplina imbutus, intimos terræ cuniculos penetrare scitè ualet. Hinc emergit omnibus probata experientia: quæ licet difficilem aditum ostendat, tamen sua certitudine quamcunq; difficultatem abunde cōpensat: quippe opiniones exterminat, scientiā introducit, informat, ornat, numeris deinq; absoluit uniuersis. Hic non modo terrestris, uerum & sublimis machinæ arbiter fuerit, ortus siderum et occasus indagare poterit. Hic temporum uices, cœlestes influxus, harmoniam orbicularem peritus censuerit: quæ ut infinita trahunt cōmoda, ita solertis prouidentiæ & origo sunt, uerumq; principium. Indubio enim nihil temere agit, qui causas euentorum præuidet, & successus futuros prospicit: uerū cuncta moderatur, inq; re tum dirigit quæ sinistrè casura uidebantur: quo neque pulchrius, neq; præsentius quicquam est. Nam si is demum uir prudens habendus uenit, qui (Comico teste) non ea solum quæ ante pedes sunt uidet, sed & longe post futura prospicit: quid hoc prudentius, qui omnes ingenij uires, conatus uniuersos hic dirigit, inclinat atq; impedit, ut priora sequentibus, futura præteritis applicet?

applicet? ut taceam interim pleraq; alia, que intra Mathematum complexum reperiuntur, ac ueluti ansulæ iam dictis adhærent. quibus & hæc coniuncta sunt: numerorum docta supputatio, artificiosa substractio, ingeniosa adiectio, solers diuisio. quæ si nō ignota fuerint, & negligentia præterita, magno emolumento futura sunt ei, qui in hominum medio uersari, cōmerciaq; agere decreuerit. Hinc succedit gratia diues Musica, quæ dulci modulatione, harmonia suaui, aures defessas lenit, reficit, oblectat, animos & curis & meditacione defatigatos recreat, & in rarae uoluptatis gaudia trahit. hæc mortalibus solatio inuenta est, hæc in remedium ægris excogitata: siquidem afflitos consolatur, morbo confectos in sanitatem reuocat, mœrore anxios securitate refocillat: deniq; metum omnem exterminat, tristitia & nihil reliquum facit, egestatis obliuionem parit in opis, diuiti superfluum habendi studiū ab animo eximit: nil deinde adeò tetricū esse sinit, & ab omni affectu alienum, quod nō moueat, & ex pristina sorte in nouam specie transmutet. Cuius non immemores diuini Poëtæ, Orpheus suum cōmenti sunt, lyram tam saxatum arbores mouisse: postea ad inferos descendisse, ac dulci strepitu cantusq; suavitate & illecebris manes percelluisse in tantum, ut quanuis alioqui prorsus immobiles essent, tamen hac arte

arte in stuporem traducti, Eurydicen Orpheo restituerint: sentientes, nil adeò ab effectu alienum, quod huius præclarissimæ artis uenere non moveretur, quæ gaudia signit innumera, austernitatem tollit, mollitem introducit, hilaritate denig condit uniuersa. Quid hoc munere diuinius: quid delectabilius: quid expetendum aequum? Certè nihil. Perirent cuncta, nil non mœrore contabesceret, nisi huiusmodi nodo talis quæsus esset cuneus, nisi huiusmodi tempestatei talis fuisset inducta seruitas. Hæc sunt quæ nostræ arboris splitem faciunt. Hæc lignum ac volgo nactus constituant. Quæcum sint nitida, decora, admirabilia, quid ni celebrem truncum faciant? præsertim cum ita natura sit comparatum, ut ex bono nisi bonum, ex pulchro nil nisi pulchrum efficiatur? Sic edificia surgunt splendida, ex materia præstanti, sic ex bono semine, fruges optimæ nascuntur: deniq; sibi similem causa producit effectum, licet in plerisq; hic erretur, & degener soles boni parentis ferè naturam haud referat, sed auta integritate neglecta in adulterinam discordiam atque turpitudinem declinet. Herorum enim filij (ut dicitur) noxæ. Veruntamen incontrarium ipsa natura tendit: quam imitati, pulcherrimum huius arboris lignum esse comprobamus. Audiuitis, uiri ornatissimi, Scientiæ arbusculi

busti stipitem, ligni multiplicem uenustatem
 gratiam didicistis, formam minime vulgarem spe-
 ciauistis, occultam uirtutē intellectuistis: reliquum
 est igitur, ut ramorum surculos exploremus. Ra-
 mos pulchra arbor spargit illustres, eosdem cap-
 tatis tanquam scalis adiuti, ad summum fastigium
 fidijs et scientie pugnare. Porrigit, ut his pre-
 emitantur, ex pulcherrimae spei efficiantur com-
 potes. Ramos scire concupiscitiss. Varijs sunt ho-
 norum tituli, dignitates, officia, autoritas deniq;
 quæ ut scientie præmia sunt, eamq; iuxta sequun-
 tur, ita nostræ arboris facile dignissima sunt por-
 tio. Accurre, quicunque his delectaris: prehende
 ramū, et principis uiri loco eris, qui in omnium
 admiratione sublimis serare: te subditi colent, ue-
 nerabuntur, semper gestabunt in oculis, souebüt
 in animo, iustisq; applausibus prosequentur, ue-
 nientem obuio conatu excipient, patriæ paren-
 ra honoris symbola liberali manu præbebunt.
 Neq; id abs re, cum doctum habeant principem,
 uirum bonum, qui suum imperiū non tyrannide,
 sed clemētia, sed iustitia, sed benevolētia stabilitat:
 haud nescius, multo stabilius esse imperium, quod
 animi benignitate adiungitur et exercetur, quam
 illud quod violentia partum est. Qua dere iuxta
 prudenter et uerè Comicū sensisse legimus, quan-
 do

do inquit : Et errat longe quidem mea sententia,
 qui imperium credat uel grauius, uel stabilius esse,
 ui quod sit, quam illud quod amicitia adiungi-
 tur. Nam malo coactus qui suum officium facit,
 dum id rescitum iri credit, tantisper cauet: si spe-
 rat fore clam, rursus ad ingenium reddit. Ille quem
 beneficio adiungas, ex animo facit, studet par re-
 ferre, præsens absensq; idem erit. Quid' ni igi-
 tur, & hunc principem suspiciant, demereri cer-
 tam nitantur subditi, qui adeo se se nihil admit-
 tat indignum, ut quiduis potius, etiam de iure suo
 cedere sustineat, quam ut boni principis officij
 obliuiscatur, quam ut subditorum curam depo-
 nat? Ergo diuinus Plato, Rempublicam beatissi-
 mam fore putabat, si aut principes philosopha-
 rentur, aut philosophi rerum gubernacula tene-
 rent. Quid bonum hunc efficiat principem, re-
 quiris? Aliud profecto nihil, quam multijuga eru-
 ditio, quam radicis nostræ stipitisq; acquisita
 posseßio, acceptum dominium, habita secura
 proprietas: ex quo foelix rebus in omnibus ad
 ministratio, euentus autem multo prosperrimus
 acquiritur, & tanquam suo ex fonte descendit.
 Hic pacem alit, bella arcet, hostiles excludit in-
 sidias, nec fraudes locum habere sinit: satius de-
 nique arbitratur esse, nocentem absoluere, quam
 innocentem præter æquitatis rationem condem-
 nare.

nare . ut non abs re impius sit , & habeatur , qui tam boni principis amore non teneatur . Si filius prosperitate patris delectatur , si seruus domini fortunis assurgit : quid nisi & subditus bono principis gaudeat ? Summa , pulcherrimus hic rarus est , qui terrae dominos atque Monarchas profert illustres . Sequitur magistratus municipalis , pari fecunditate commendandus , & eodem nomine celebrandus ramus . Ex nostra enim arboris stipite Consules , Praetores , iudices succrescunt : & ueluti ex copiae cornu , magna cum ubertate proueniunt , qui leges tucantur , ius dicant , bonos bonorent , defendant , extollant , malos puniant , accusent , deprimant . Siquidem inde talibus honorum titulis uenient honorandi , quoniam & qui boniq[ue] patrocinia suscepserunt , suscepta manutene se uelle promiserunt . Hinc ciuitatum splendor , hinc Patriciorum autoritas , nobilitatis honor , plebis felicitas surgit . Hinc cessat discordia , qua magnae res collabuntur , & prorsus in nihilum recidunt : inualescit concordia , qua & paruae crescent , & in redundantem abundantiam transeunt . O ramum illustrem , o uirgultum praestans : utinam crebro surculos agas , utinam Romani imperij politiam tuo splendore , & salubri nitore exornes : quo tandem inscitiae tyrannis proscripta , exilijs molestiam subeat , & posita autoritate se se

se de sse demittere incipiat, melioribusq; locum dare
 sat agat. Eruditionis imperium sumat initium. Ce-
 dant magistratus indocti, docti in locum eorū ue-
 niant, Remq; publicam ruinam minitante infau-
 stis casibus refertam fulciant, ac quibuscunq; mo-
 distantū non collapsam restaurent. Vtinam uni-
 cus Dei filius misericordiae lumine tandem eos ma-
 gistratus irradiet, ut hunc Ramum fœliciter ex-
 crescere, & locupletem fieri cupiant. Proximus
 ramus est, antisitum Ecclesiæ. siquidem ex scien-
 tiæ stipite Ecclesiasticarum dignitatum ramus na-
 scitur. Pontifices & uita innocentes, & doctrina
 sanos profert, qui Ecclesiam Christi, ouile spiri-
 tus sancti rite gubernare, hæreses profligare, fi-
 dem Christi intemeratam conseruare & uelint,
 & possint. Hinc surgunt Episcopi, qui eruditio-
 ne præcellentes, recto exemplo subditis præeāt:
 qui nil nisi sanctum, castum, purumq; sapiant. O-
 riuntur ex huius rami surculo fidi pastores, Ec-
 clesiastæ, qui in ueritate doceāt, qui errores pro-
 hibeant, uerū cum humilitate tradant: idq; à falsis
 prophetis, posthabito etiam uitæ bonorumq; om-
 nium dispendio, asserat. Vtinam hunc ramum tol-
 lere, ex stipite auferre, in terrâ recondere liceat,
 ut noua arbor æquè utilis subnascatur. Sed prob-
 dolor, fixius hæret, quam ut ui euelli queat, sed
 truncum radicemq; sequitur. Succedit huic ra-

mus alius, utilitate nō inferior, honestate nullis
 cūdus: qui puerorū formatores, tū prudentes tū
 industrios edit. Hic ramus teneras ætates, pueri-
 les animos fingit, honestæ senectutis spargit semi-
 na, parentū amicorūq; desideria explet: quando
 pueritiā & uirtute & doctrina excolit, Dei lau-
 des edocet: quando innocentē ætatem ad cœlestia
 hortatur, ad Dei glori āducit. Quid hoc ramo il-
 lustrius? quid suspiciendū æquè? Nihil certè. Gym-
 nasia introspice: nō uoluptatem cernes aliquā, sed
 moderatoris ingentem sollicitudinē deprehendes.
 Hic percontantibus responsa pia refert, illuc au-
 scultantes docet, hic clamat, hic monet, alteri in-
 stat iurgijs, alerū omnigenis illecebris ad uirtutē
 doctrināq; inuitat. O pia functio. hoc est Christi
 discipulū esse, hoc est cum Paulo omnia omnibus
 fieri. Sed reprimam me, ut tandem arboris nostræ
 imaginem absoluamus, & partibus cunctis adm-
 pletam studiosæ iuuētuti spectandā proponamus.
 Accedit ramus ultimus, qui nulli priorū eedit, pa-
 tres familiarū producens, nemo enim domesticant
 curā perferet rectius eo, qui hāc disciplinæ arbo-
 riā instituere, liberos procreare, genitos educare
 fœliciter poterit: hic suam domum ab incursibus
 malorū uindicare, à noxijs conseruare ualebit,
 deniq; sui memoriam non infœliciter in posteros
 derit.

deriuabit. Cernitis auditores optimi, iam arbore
 sciētiae radices egisse, solo firmiter coaluisse: trun-
 cū cernitis erectū, ramos in aera sparsos. Nunc fo-
 lia breuissimè pensiculemus, quæ ut elegātia sunt,
 ita spectantes affatim in sui amorem trahunt. Sunt
 aut̄, si queras, huiusmodi. Est nomē celebre, quod
 ad omnes gentes magna cum solennitate fertur.
 Sunt opes, doctrinæ præmia: aurum fulgidum. Est
 purpura, sunt gēmæ, admiratio est omniū, prosa-
 pia nobilis, sunt annuli, possessioñesq; plurimæ.
 Non ne hæc pulchra sunt? Pulchra sane, sed flu-
 x̄a, sed inconstātia, sed citò peritura: quo nomine
 & caduca diximus, quæ carpēti facile cedāt. O-
 pes si suppetant, contigit bonū, sed fragile: quod
 frequenter tanquā suum fortuna largitur, & eri-
 pit, ut qui modō omniū iudicio beatissimus sit ha-
 bitus, euestigio in extremā paupertatē miseriāq;
 incidat. Si nomen partū est celebre, bonū quidem
 nactus es, sed minime diuturnū: utpote quod facil-
 lime inquietur, parua labe infectū occidat. Si ge-
 neris nobilitas usuuenerit, bonū accidit, sed alie-
 num. nāq; à maioribus profecta nobilitas qd pro-
 dest quæsō donat imagines, donat galeam, donat
 elyptos, donat insignia uarijs colorū speciebus di-
 stincta. Sola autem uirtus propriam nobilitatem
 præstat, quæ non ab alio accepta est, sed domi no-
 stræ nata. Admirationi es omnibus: periculū est

præsens, & in præcipiti casus, ne ex uirtute in
 turpiſſimum φιλοντίæ uitium declines. Quam-
 obrem inter hæc folia nihil ſpeciosius, nihil extat
 diuturnū magis, atq; mentis ſecuritas: quæ ſolida
 paratur, parta conſeruatur, cōſeruata ſtabilitur,
 ſi noſtra arbor in humanum ius ac dominiū tran-
 ſierit, folia decepta, inq; animi theſaurum recon-
 dita fuerint, nequid reliquum fiat proſpectum fit.
 Quotumquenq; dederis huius arbusti dominum,
 totidem his folijs ornatos deprehenderis. Hanc
 arborem ita depictam, ueris ac genuinis colori-
 bus expressam, tibi ingenua pubes offero, tuæ fa-
 luti ascribo, fœlicitati dedico, proſectui literario
 nuncupo. Age igitur eam complectere, manum
 admoue, ſecurim adhibe, laborem ferre ſatage, ut
 radice potiaris, quamuis amara. & auſteritate o-
 diosa. Hefitas? Amoris dulcedinē interpone, indu-
 bitatō confiſus rem mitiorem fore. Corticem de-
 trahe, ut latentis trunci fœcundiſſimā gloriā aſſe-
 quaris: mox ultro rami, & multo pulcherrimi, &
 omni uoluptate referti, ſequentur, folia accedent.
 Hæc arbor nulli tēpeſtati exposita, nulla ſenectu-
 te moritur, ſemper uernat, perpetuò uiret, odores
 ſpargit ſuauiſſimos. Hæc ſpectate iuuenes, conuel-
 principio, ſucessu lætiori, euentu
 lætiſſimo gauisuri.

BEATVS RHENÆ.
nus Iacobo Spiegel Selestatino,
Cæsareæ Maiestatis ab e-
pistolis S. P.

 Latonem, quem multi
diuinum appellant, in
Siciliam accitum aiunt
à Dionysio tyranno, cū
e uittata naui in littus e-
gressus esset, quam is in Atticam illi
obuiam miserat, albis quadrigis tri-
umphantis more exceptum. Tu quo
que mi Iacobe, cum proximè ex aula
inuictissimi Imp. Cæsaris Maximili-
ani ad nos, hoc est ad patriam uenif-
ses, mox à Senatu Selestatino quām
honorifice (ueteri consuetudine ob-
seruata) salutatus es. Mos enim est
optimatibus Selestatini, neminem
sine munere suscipiendi. At subinde
(quæ tua est modestia) conuocatis
amicis, qui Musarum sacrī initiati
sunt, Schurerio inquam, Rhenano,
Sapido, ac Arnoaldo, pontificiā ap-

parasti cœnam. ubi à nobis sermo
 (et si audiendarum nouarum rerum,
 & in primis Venetiæ expugnatio-
 nis auïditate teneremur) nō tam de
 Marte, quām de Pallade habitus est.
 Vidi mus tum libros, quos ex Vene-
 ta præda asportasti. Vidi mus item in
 libraria tua supellectile (quam ha-
 bes & elegantem, & copiosam) Can-
 talicum de his recepta Parthenope,
 qui, ut à te accepi, sacratissimo Cæ-
 sari Maximiliano, de claris uenato-
 ribus egregium opus dicauit. Cate-
 rum cum de libellis minime vulgo
 protritis mentionē faceremus, sub-
 ieci ego, Pandulphi Collenutij Apo-
 logos penes me esse. quos cum in a-
 dībus meis ueluti per transennam a-
 spexisses, statim leonem (ut est in a-
 dagio) ab unguiculis æstimans, ro-
 gare me non destitisti, quo eos in pu-
 blicū emitterē. Feci ego id haud inui-
 tus, atq; Schurerio nostro procuden-
 dos tradidi. Accipe igit ſauif. Iaco-
 be, le-

be, Iepidissimos illos Pandulphi A-
pologos, sua festiuitate etiā Samosa-
theum Lucianū superātis. In Ageno-
ria, strenuitas extollit, desidia taxat.
Misopenes, aurī ac sapientiæ ad u-
trancp̄ fœlicitatē usum indicat. Ali-
thia, ueritatis cōmendationē ac ui-
ctoriam, uanitatis uero detestatio-
nem ac turpē fugā cōtinet. Bombar-
da demūm, uiolēti tormētariarū ma-
chinarum impetus rationē ostendit.
quem tu Apologū legens, recorda-
bere creberrimorū iactuum, quibus
Cæsariani in Patauina obsidione im-
petebant, ubi staturæ breuitatē tibi
plus semel saluti fuisse ferunt. Bene
uale: & Carmē de Patauina obsidio-
ne illustris Comitis Nugarolis, cum
absolutū fuerit, nō sine Oratione illa
Heliani ad Vngariæ regem, ad nos
quām ocyssimē transmitte. Iterū Va-
le, & salue. Ex Elephanto nostro, in
urbe Selestatina. Calend. Nouemb.
Anno M. D. X.

PAN·DVLPHI COL
lenutij Apologí III.
nempe,

A G E N O R I A.

Laborem, uirtutem atq; artem extollit: Iner-
tiam uero, Fraudem, Hypocrisimq; detestatur.

M I S O P E N E S.

Aurum ac sapientiam ad utrāq; fœlicitatem
esse instrumenta ostendit: ueram quoq; philoso-
phiam, non in doctrina, sed in uita consistere.

A L I T H I A.

Veritatis laudem, Vanitatis uero à Veritate
ipsa profligatæ, in exilium relegatione continet.

B O M B A R D A.

Impetus Bombardæ rationem aperit.

A P O L O G I P R I M I
argumentum.

Murcia Ignauie & Inertiae, Agenoria uero Dilis-
gētiæ atq; Negotij præsides deæ Romanis olim cultæ,
sed & omnem mortalium uitam pro cuiusq; studijs dis-
tinguentes, huic Apologo materiam præbent. Quo
Inertia, Fraus, Hypocrisieq; taxantur: Labor uero,
Virtus & Ars extolluntur, & Iouis des-
creto rerum mutatio
portenditur.

AD IDU-

AD ¹⁰⁵
ILLVSTRISI.
mum Principem Herculē Estensem,
Ferrariensium Ducē inlytum, Pan-
dulphi Collenutij Pisaurensis
Iurisconsulti A-
pologus.

AGENORIA.


Nertiam natu inter filias mino-
rem, fatuam alioquin, atque in-
strenuam fœminā, sed cui blan-
da species atq; allectrīx eſſet, La-
bōri communi gentium Deo,
Orcus pater uxorem dedit, ingentes (ut eſt locu-
mple deus) dotis nomine diuitias pollicens, ſi ex ea
liberos gigneret, futurū nang; prædixerant Par-
ce, ut uiro quidem obtemperans, filias ſeptem pa-
reret, quarū nomina ea litera Latina inciperent,
quæ niſi contractis in orbem prominulis labris
uox efferatur, enunciari non potheſt: illas uero o-
mnis mortalium cura conſectaretur, ueneraretur,
colet. At ſi cœlebs perduraret, procorum petu-
lantia deteriorem longè prolem ederet, quæ et
familie dignitatem et rem familiarē euerteret.
Nuptiæ igitur magno ſumptu, inſigniq; appara-
tu in æde Larium instructæ ſunt. Genius uerba fe-
cit: Domitori uictoriq; rerum omnium uiro, nu-

g s pſiſſe

plisse speciosissimā scēminam. Ea si illi obsequens
 esset, si nihil eorum fugeret, quæ uir initio qui-
 dem subausterus ac difficilis imperaret, pulchra
 de prole matrem matronamq; futuram. Eum esse
 uirum, qui agros excolit, qui maria traiicit, qui
 urbes extruat, ciuitates faciat, tueatur, au-
 geat: eum esse qui Heros olim, priscos illos, &
 ternitate donauit: qui Herculē deum fecit: cuius
 ope tandem celsa illa atque immortalis Respu-
 blica, quæ summo illi atque immobili eximij or-
 bis conuexo nititur, tot tamq; egregijs illustra-
 tur ciuibus, qui sanguine nobis hanc patriam pe-
 perere suo. Quod fœlix igitur faustumq; esset,
 iret fortunata coniunx, nec procorum blanditijs,
 nec muliebribus assentatiunculis adhiberet ani-
 mum, sed uirum in primis diligeret: & quæ est a-
 moris summa, se se ipsa in illum transformaret.
 Ita beatissimam futurā, notamq; omnem (si quam
 forte ex nominis deformitate contraxerat) dilutu-
 ram. Ea cum perorasset Genius, munera in pri-
 mis Labor sponsus obtulit, gallū, bouem, asellum,
 stimulum, marram, clypeum, gladium, librum,
 pugillares, sudoris cados tris, uigiliarum mo-
 dium, curarum scrinia quinque. Ea cum proba-
 rent fermè omnes, irridere quidem primum spon-
 sa, mox fastidire cœpit, quod indigna molli alio-
 quin & delicatæ puellæ uiderentur munera: cui
 focalis

focalia, flammæa, sudariola, specula, lectulusq;
conuenirent magis. Hinc irarum causæ, ac dissi-
dij primordia prodierunt. ita priusquam in tha-
lamum conuenirent, misso ad uirum libello, hæc
mandauit Inertia. Quandoquidem ò Labor, nos
ad eo contemnis, ut nec iucundiora quidem mise-
ris munera, quam facies tua præ se ferat, condi-
tione tua non utar. Tuas igitur res tibi habeto,
tuas res tibi agito: Vale Labor. Ita in diuersa
noui coniuges abiere: Labor sese Mineruæ in fa-
mulatum dedit, peregrè proficiisci statuit Iner-
tia. Sumptis igitur quæ opportuna uiderentur, u-
na Hypocrisi comite adhibita, duabusq; uernulis,
Fraude ac Desidia, quod secum natæ atque educa-
tæ essent, peruagari orbē cœpit. Ad aspectum ce-
lebris scœminæ occurrere pañim plenis uijs mor-
tales, aspicere, laudare tum formam, tum comi-
tes, circumsttere, subsequi, agglomerare sese cer-
tam omnes ex agris, foro, curia, classe, castris,
tabernis, officinisq; effusi: & quacunq; illa ince-
deret, comitari gaudebat: laudare præterea, quod
truis uiri dona coiugiumq; abnuisset: indignam
fuisse faciem, quæ torui hominis, & minime ob-
sequentis nuptijs asperaretur, syluesceretq;. Illa
blande comiterq; omnes excipere, affari, benignè
alloqui, mollem in posterum uitā polliceri, curis
procul et molestijs uacuā: sese pertinaciter seque-
rentur,

rentur, spernerent modo repudiatum à se virum:
 se uero, suamq; comitem, frugi fœminam, tum an-
 cillas duas, modicam scilicet familiam, tantisper
 alerent. Murceam deam colerent, cui non thure,
 aut sanguine, sed sella & lectulo, somnoq; litare-
 tur. His atq; alijs pellacis fœminæ delinimentis in-
 immensum aucta multitudo, dum orbem lustrat,
 dum miratur, dum concionantis dominæ blandilo-
 quentia detinetur, deficere paulatim copiæ, anno-
 næ mox intendi precia, tumultuari subinde cœ-
 ptum. additus turbæ pauor, non ficto rumore, E-
 suriem, Egestatemq; magnis itineribus aduentu-
 re, quæ uniuersum illum cœtum dissoluerent. Et
 iam in propinquo esse: quippe quæ desertis omni-
 bus, uacuas regiones, ciuitatesq; nullo obſſidente,
 facile penetrauerint. Perculsi repentino malo
 proceres, Inertia circumſiſtunt, quid facto opus
 sit rogitant. Consulere in medium iubentur pri-
 mores, quibus ad molliora sagax ingenii: simulq;
 referre, qua ratione fugatis pessimiſ hostibus, ali-
 menta Inertiae cōparari poſſint. Erant inter ſum
 mates uiros qui nuditatem, & collaticias eſcas,
 probra, cōtumelias, & quiduis indignius patien-
 dum potius ſuaderent, quam abnegandum Iner-
 tiam: morte, malorū omniū finem ſolutionemq;
 eſſe æquè omnibus expectandam. Interea uiuen-
 dum tamen, lætandumq; dum quid eſt quod edas: ubi

ubi quid securus eueniat, ad ridiculum usq; perferen-
 dum. Videre licet feras, atq; expertia rationis bru-
 ta, benignitate naturæ sibi sufficere. Sic ipsis quo-
 que, si coeptam semel sectam non deserant, omnia
 cum naturam, tum fortunam, tum usum ministra-
 re posse. Quid enim si aliud agentibus ipsis, inspe-
 ratus aliquis thesaurus appareat? Quid si iactu-
 uel naufragio eiectæ littoribus merces, sese inopi-
 natò offerant? Quid si bella pestesq; hominibus
 impendeant, metuq; trepidi oppidorum cultores
 diffugiant, & incustoditas opes negligant, quæ
 derelicti titulo in ius occupantium cedant? Quid
 si impèdens malorum timor agitet quosdam: alios
 seueræ manium diræ, terribilesq; a supremo die
 Rhadamæthi terreant sententiæ: atq; ita uel uotis
 astricti, uel spe promissæ sceleribus ueniæ ducti,
 nobis largiantur, quæ interea obligurire poßi-
 mus: Non deesse homines aut clementiæ gloriam
 affectantes, aut iactantia stolidos, aut precanti-
 bus faciles, qui uestem, qui Cererem, Liberumq;
 ministrent. atq; ut deficiant singula, esse publicas
 edes, quæ paßim excipient: esse ciuitatum porti-
 cus, & fortuitas habitationes, uestibula, fornices,
 dolia quoq; domorum interdum uices præbere.
 Quam nam regionem esse rerum omnium tam
 expertem, tam indigam, quæ non foenum, non pa-
 leam ferat: optimū straguli genus esse, quod sine
 precio

precio compares, quod animalium urbanos inse-
 stantium lectos molestia careat: quod amissum,
 rem familiarem deteriorem non faciat. A quam
 deniq; & uel saxis internatas herbas nulli mor-
 talium usquam deesse. Esse & hoc inter uite deco-
 ra non minimam partem, necessitatibus obsecu-
 tum fuisse: dum ne aut terrenas foßiones, aut ra-
 strorum pondera, aut militarem duritiam, aut bel-
 lorum pericula, aut dominorū ingenia, aut publi-
 carum rerum anxietates, aut rei familiaris incom-
 moda, & circunfusas undiq; erumnas, dominan-
 deamq; nostrā INERTIAM fugientes, experiri
 oporteat. Irent alacres, & uenientē Esuriem Ege-
 statē comiter exciperēt, quæ aut finirentur ipse,
 aut certe finirent. Viuat INERTIA. Hęc dis-
 sertabat plurimi, quos inter Antisthenes quidam
 Atheniensis, & Sinopeus Diogenes, & Theba-
 nus Crates, importunae licentiae Græculi (ut est lo-
 quax natio) magnis uocibus personabant. His
 ancillarū alterum DESIDIA, mirū in modum fa-
 uere: orare dominā, bono animo effet. esse Græcos
 homines qui ista suaderēt, opinione sapientiæ uul-
 go celebres, & qui primi fugienti illi uiro suo La-
 bori hospitiū denegauerint, repudiūq; illud suū,
 editis etiam uoluminibus laudauerint. nunquā se
 defuturā, et cōmorituram se dominæ, bonā modo
 spē haberet: prorogatos latissime regni sui fines,
 placuisse

placuisse populis dogmata. Iniquū simul impiūq;
 futurū, si deserantur. Quiesceret modò, curam q;
 omnē amoueret: cōmonitionesq; Græcas, si sape-
 ret, amplecteretur. At è plebe media quidā que
 rimonij cōplebant omnia, accersendūq; LABO-
 REM potius suadebant, impigrū uirum, & fortē,
 & magnis quodam rebus spectatū, conciliandūq;
 INERTIAE. Lentē tamen ægreq; in uxoris inti-
 mum contuberniū admittendum esse, ut quām mi-
 nimū arbitrij in eam habeat. Tantisper uero eius
 cōsuetudinē illi permittere, dū quid ageret, quod
 Inertiae cōmodis utibile futurum esset, quodq; ad
 arcendam Esuriē ualere posset. Hæc obstrepente
 circum multitudine uix exaudita, in irritū cecide-
 runt: adeò Laboris nomen qualecunq; triste hor-
 ridumq; cunctis uidebatur. Cum uernularū alte-
 ra demissso uultu, FRAVS, dominæ genibus aduo-
 luta, uitâ heræ precabatur, uitam quoq; sibi ipsi
 superflitem si modo darent dij, nihil esse quod
 præsentis fortunæ minas formidabiles facere pos-
 set: solam se, atque unam omnibus suffectoram.
 Non esse se ex earum numero, quæ ubi perisceli-
 das, discriminatory, sineg mata, cæterumq; mulie-
 brem mundum disposuerint, ubi lectos strau-
 rint, mensamq; instruxerint, satisfactum serui-
 tij legibus putent. Verum ex his esse, quæ ea eti-
 am quæ desiderijs uitæ necessaria sint, cōparent.

Magnum

Magnum sibi in humana ius esse, multum sibi per
 lucem licere, per furuum plurimum: habere se
 diurnas nocturnasq; artes omnes, quibus hostium
 rabiem retundere atque exarmare posset. Verfi-
 pellem oportere esse hominem, furacem, har-
 paga, qui Inertiam sectari, qui laute uiuere, qui
 alere beatam multitudinem uelit. Nec timenda
 uana illa nomina, quæ sibi instruxerunt, Famam, gloriam,
 mines quondam confinxerunt, Famam, gloriam,
 laudem, charitatem, multaq; eiusmodi: primam
 & summam de censu atque opibus curam haberi
 oportere. Hæc ubi affuerint, cætera in tutto esse.
 proinde habere curarent, si uiri essent, nam unde
 habuerint, quæ siturum neminem. Vix esse angu-
 lum, qui non spargentibus ista Græculis, Δεῖ δή
 χρημάτων, illud Demosthenis cuiusdā non per-
 sonet. Rudia illa agresti seculo quondam laudata,
 nunc exoleuisse, uirtutum figura. Iam famam,
 gloriam, laudem, esse nihil aliud quam inanem
 populorum rumorem, & uentosa (ut poetarum
 quidam ferunt) gaudia, quæ summis quoque dies
 abscondet. Charitate uero quid stultius? quæ ho-
 minem in id uerecundiæ protrahat, ut de commo-
 dis sibi detrahi patiatur, iniurias quascunq; ferat;
 atq; alijs deniq; bene esse malit quam sibi. Quāto
 salubrius esse, ea uenerari atq; in precio habere,
 per quæ cibus, uestis, domus, salus, otia, deliciae
 mollitiæq;

mollitiaq; comparentur, quæq; ex ipsa prudenter, sapientiæ, dexteritatis fibi nomen uendicatur. Astum uidelicet, delationem, dolum, uersu-
tiam, prævaricationem, tergiuersationem, ironiam, assentationem, obsequiuū, & nulla unquam
uoce satis laudatam Adulationem. Eſſe uero in
conſpicuo commodiſſima exempla. Et ſi inſpice
re tanquam in ſpeculo uitas hominum oporteat,
quod quidam autumant, uidere licet non in angis-
portis, aut angulis, neq; in conticinio, ſed media
luce, in plateis, in foro, curia, aulis regum, deo-
rumq; templis, Venalitiarios, Mangones, Proxe-
netas, Trapezitas, Danistas, Causidicos, Mathe-
maticos, Chymistas, Scurras, Sacricolas, non alia
ratione quam ſua ope ſuoq; ductu uictricem In-
teriam feciffe. Suppetere & abutris, & à ſenſi-
bili animantium genere documenta, quæ coelo
terra mariq; continentur. Non pifcem, non uolu-
crem, non gressilem, non reptilem ullam animan-
tem, non denique insecti genus ullum eſſe, quod
non alieno malo, non Fraudis ope, uictum ſibi
molliorē pariat. Naturæ ſe eſſe filiam, & ab ipsa
nascentis mundi infantia suas ſemper artis mor-
talium generi commodaſſe: multas etiam ſibi ſu-
perere non desperaret Inertia, ſed Mercurio du-
ce, ſeq; fidiffima ancilla, ſic ubi opus eſſet aduer-
ſus infames deas magno animo graſſaretur. Hæc

atque alia differentem Fraudem, frequens subser-
cutus est multitudinis fauor. Nam præterquam
quod uera ab ea dici, ex usu iam recepta, intel-
ligeret uulgas, addebat animos, insignes qui-
dam uiri, doctrina pollentes, acres facundia, &
(ut sunt Græca ingenia) oretenus philosophi,
domesticis exemplis priuatim instructi: Demo-
critus quidam Abderites, & Atticus Demosthe-
nes, ex cuius autoritatem studiosiores imprimis
mirarentur, Aristoteles quidam. Hic ex deser-
tum à se magistrum, & deceptum amicum sum-
mum suum Theodecten, & sublati ueneno re-
gis conscientiam memorabat: ille offas Midas,
& Persicam pecuniam, & Harpalii munera, &
simulatam anginam, tergiuersationemq; in Rem-
publicam ostentabat. Tertius magicas uanitates,
& mathematica portenta, & Chymisticas mix-
tuas, & flagrantis luxuria atque auaricia men-
tis decipulas afferebat. Tum Stephanum quen-
dam, & ipsum Græcum, nouum sophistam, &
barbarum Geber, deteriorisq; notæ homines,
quos conphilosophos suos diceret, adducebat.
Magna undique exempla. Nec illus fermè fuit in
tanto palliatorum grege (conspirauerant enī
cum foemina omnes) qui non eadem uel proprio
periculo suaderet. Recipere se paulisper, ac re-
spirare uisa est Inertia, cum Græcis exemplis,

tum

tum rotata eloquentia, quæ suas illas rationes
 turbæ penitus infixerat. Animo tamen anxia, in-
 cipiti uersabatur, ut quæ Egestatem summum
 malorum omnium arbitraretur: omniaq; tamen
 ageret, quo illam admittere necesse esset. Sed nec
 priori sententiae fauendum censebat, quod mol-
 liorem uitam, appetitamq; lauticiem, & delica-
 tiores epulas (præcipua Inertiæ uota) uel dif-
 ferre, uel interdicere uideretur. Fraudis uero
 consilia, quod ciuitatum legibus, gentiumq; in-
 stitutis, supplicijs obnoxia, atque ideo pericu-
 losa, uel certe securitati atque ignauiae inimica
 formidaret, cunctantius audiebat. Metum auge-
 bat, quod Labore, repudiatum quondam uirum,
 nouam sibi nuptam Palladis ope conquisisse, stre-
 nuam foeminam, & que saeuissimas illas deas in-
 seirritasset, nonnihilq; ab ijs ultiōnis parari ex-
 ploratores nunciabant. Sed omnem sollicitu-
 dinem comes prorsus ademit **HYPOCRISIS**,
 lenta alioquin, tacita & cunctatrix foemina.
 Quæ ubi dissidentis uulgi sententias, pernuntan-
 temq; dominam confexit, editum quendam con-
 scandens tumulum, unde & uideri ipsa, & om-
 nibus exaudiri uox posset: manuq; silentium in-
 dicens, ad hunc modum uerba fecit. Nisi me
 dominæ deæ nostræ Inertiæ eximia charitas, ue-
 straq; in illam studia permouissent, Sodales, nec

indicum mibi silentium (quo die mysterijs de
 Murce & initia sum) rupisse , nec ea quæ ijs qui
 sibi soli sapiunt , maxime abstrusa atq; abdita esse
 debent , palam fecissem . Nunc quando per ambi-
 guas fremetis turbæ rationes , tumultuantisq; in-
 uicem philosophos , eò res nostræ deuenerunt , ut
 aut subeunda manifesta mendicitas , aut semper
 formidanda (ceu Tantalo saxum impendens) le-
 gum seueritas , aut (quod abominor) durissimus ho-
 stis LABOR in contubernium admittendus sit :
 statui & ipsa meam sententiam promere , simulq;
 rationem afferre , qua ire periculis obuiam , igna-
 uiamq; tueri commodissimè liceat . Quod si eam
 (quam spero) mihi operam dabitis , dabo uobis
 & ipsa manum , opemq; meam mutuabo , ut non
 tam consilium quām auxilium à nobis accepiſſe
 uos intelligatis . Verū ut in cæteris quidem ar-
 tibus ac scientijs uitæq; institutis , cōfessa quædam
 principia proponi solent , à quibus tota deinceps
 eorum de quibus agitur materia , dispositionem
 ordinemq; concipiāt : ita nobis faciendum nunc
 est , aperiendæq; sanctiones , quibus quasi symbolo
 quodam nos inuicem cognoscentes , omnia con-
 filia , dicta , facta q; nostra , ad eas dirigamus . Que
 igitur in deæ Murce & penitiſſimis sanctuarījs ha-
 bentur , & quæ quasi nobis primigenia esse de-
 bent , ea nos non ignorare æquum est , semperq;
 meminisse

meminiſe conueniet. Ea autem hæc sunt. Si plā-
cet, aduertite.

Harpocratem deum sodales colunto: & nulla alia
re, sed dígito sacrificanto.

Laborem penitus prorsusq; abneganto.

Curā, sollicitudinē, cōmiserationemq; amouento.

Securitatem adhibento,

Opem, quum datur, contrahunto.

Oves aureas ne ſpernunto.

Mensēq; lectiq; iura inuiolata ſunto.

Voluptates ſollicitudine cautelaq; ſepiunto.

Personam pro tempore ſemper geſtanto.

Qui fecus faxit, Inertiæ ſodalitium eiurasse, ſeq;

in perniciem conieciſſe, conuictus fit.

Hæ leges, hæc Inertiæ ſacramenta ſunt: breui-
bus illa quidem, angustisq; literis cōtentā, ſed in-
terpretatione diffusa. Hæc teneamus oportet.

Huc confilia referamus, huic actiones noſtras om-
nes (ſi uiri ſumus) dirigamus. Multi cum ſegne o-
cium, ignauiamq; magnifico philoſophiæ nomi-
ne uelaffent, magnis contentionibus, nullo idem

cenſente, dum Inertia quærunt, hærefes ſectasq;
inſtituerunt quidem, nec tamen quod uolebant,
adepti ſunt ipſi, nec adipiſcendi p̄cepta poſte-

ris reliquerunt. Nam dum alij Dialecticas amba-
ges ſpecie quidem tenus ſubtiles, uel physicas ra-
tiones, ut homini incomprehensibiles, ſic minime

utiles peruestigant: alij Fœlicitatem nescio quam
 nusquam cōpertam, uel diuinatā potius, perscrui-
 tantur, atq; ita sapientes beatiq; nullo negotio ui-
 deri uolunt. Et illi aranearū telis persimile quid-
 dam fabricantes, Belidibus puellis simillimi ap-
 paruere, haurire plenū puteum perforatis urnu-
 lis sat agentibus. Hi uero dum uano populorū cla-
 more, & inanibus laudantiū uocibus capiuntur,
 īfamiae primum morbum sibi induerunt: mox in-
 magnas calamitates inciderunt, manifestāq; men-
 dicitatem, & auaritię & luxurię infamia subie-
 runt. Cui enim non Aeschines Lysanię filius, &
 tantopere prædicatus ille Plato, noti sunt? Cui
 non & Cyrenaicus Aristippus, & Cyzicenus He-
 licon, & Reginus Phitō? At hi pecunia & diui-
 tiarū gratia in Siciliā nauigarunt, atq; ita se Dio-
 nysij thesauris immerserūt, ut uix inde duelli po-
 tuerint. Vnde alij uincula, alij exilia, alij mortem
 pertulerunt. Nonne & Eudoxi Cnidij, & Deme-
 trij Phalerei celebris fama? & hi pecunie gratia
 in Aegyptum, magno eoru malo traicerunt. At
 Speusippus, notus ille Atheniensis, ad Cassandru
 Macedonem profectus est, & poemata quedam
 frigida à se composita, pecunię gratia, magna in-
 famia, magno omnium risu in nuptijs recitauit.
 ita dum pergræcari per philosophiam Græci uo-
 lunt, perpeti per imprudentiam didicerunt. No-
 bis igit.

bis igitur ne eadem eueniant, curandum est: atq; illud in primis intelligamus oportet, Nullum homini infestius esse animal quam hominem. Verum illud peruulgatum uerbum, Hominem homini luponum esse. Atq; ideo diligenter cauendum, ne ulla mentis nostrae pars, nuda intecta q; hominum oculis relinquatur. Omnia uel pertinaci silentio, uel honesta professione uelanda sunt: aliena uero secreta callidissime peruestiganda, expiscandaq;. Nullum enim aut ad extimationem augendam, aut ad recipiendos continendos q; in officijs homines, uel aptius, uel tenacius uinculum. Simplicitatis uero favorable quidem nomen retinere oportet, rem uero ipsam, ut stultam periculo- samq; repellere. Olei enim instar Simplicitas est: intus quidem insalubris, salubris foris. Neque ullus affectus est, qui aut perniciosior nobis, si ab eo teneamur, aut fructuosior, si illis insit quibus cum uersamur: si præsertim uel in opulento sene, uel locuplete matrona, uel prodigo adolescenti inueniantur. Cum agendum nobis quippiam offeratur, tam et si compendij speciem præferat, considerare ante omnia oportet, an ullum in eo sit Laboris, inuisi nobis hostis, commercium. Quod si uel tenuis eius suspicio deprehendatur, amoliendū protinus. Acer, durus, difficilis, asper, & ut poetarū quidam cecinit, improbus deus est

Labor: & Inertiae pericax, si admittatur, dominator. Hunc igitur maxime deuitare oportet, sollicitudinis cur arumq; parentem. Quatuor uero cum sint, quibus maxime negotia, anxietates, mentisq; perturbationes imponantur, Vxor, aula, nauis, ager: ea nobis omnibus fugienda. Cauendumq; maximè, ne nobis cum illis quicquam unquam conueniat. Nam si illa aut tractare, aut in illis omnino uersari forte contingere, continuò in laboris ditionem uincti traheremur. Magnum tamen in his temperamentum adhibēdum est. Non enim usqueadè fugienda sunt, ut si aliena uxor, modo dapsilis sit: aut credibilis rex, opinionis uecaptator, modo largus sit: in retia incident, illi accendi sint. Nec nauis, si quo necessariò eundum sit, gratuito nauclero, dum in eanihil agatur, repudianda est. Nec ager, si fœcundus, si donetur, legetur ue, recusandus est. Hæc enim si nobis ministrentur, Inertiae gratissima instrumenta sunt: si à nobis ministrentur, hostilia. Huc pertinet grande illud aurearum ouium mysterium, sodales. Nec aliud priscos illos INERTIAE processos per Iasonem, Heroasq; comites, decatatumq; illud aurcum uellus, ac Medeam, signasse arbitremini. Ego illi tum Medea fui: ego artes illas, ueneficiaq; perdocui, quibus peruigiles illi cautorum hominū oculi perstringerentur, & arma illa auaritiae

auaritiae præsidia retunderentur, dum callidi, &
 virtutis opinione celebres uiri, diuitem illum Re
 gem, & bruto uerueci comparatu expoliat. Vos
 quoq; si dulce hoc cognatumq; nobis, & charissi
 mum corpus alendum, curandumq; est, quod esse
 aliquid sentimus & scimus, sine quo nihil agimus,
 nihil sumus, unde omnis gratia, lepor, suauitas,
 quies, uoluptasq; proficiscitur, propter quod ma
 xime uita omnis expetitur, me consultrice, me co
 mite, & si (præsente Inertia) nomen hoc occupa
 re fas est, me duce, aggredimini tutum opus soda
 les, ac nō difficiles machinas expellite, quibus Eſu
 riem Egestatemq; pessimas feras, pessundemus.
 Absterendi primum frenandiq; sunt duri, diffici
 les, morosi, docti, oculatiq; homines, quibus ocium
 nostrum inuisum est, qui illas in nos irritant. His
 deorum metus opponendus est, nam hominū qui
 dem s̄epe gratia, nonnunquam precio, sepius ue
 ritate, si admittatur, excutitur. Maximè igitur
 deorum cultum prætendamus oportet, eorumq;
 nobis non naturam modo, sed mentem præcogni
 tam esse, per philosophiam, per oracula, per con
 quisitas undiq; præstigias (quād maxime fieri po
 test) persuadeamus: polliceamurq; quæ à nobis
 præstari non possunt. Inuisibilia familiaria nobis
 numina, & muneribus placabilia, insinuemus.
 Vox, uultus, gestus, ad severitatem atq; constan
 b s tiam,

tiam, nonnunquam ad hilaritatem facilitatemq;
 componenda sunt. Fastus etiam, arrogantiae, inui-
 diæ, nequitiae, malevolentiaeq;, cognatarum nobis
 affectionum species, alienis opibus prætexende
 sunt. Vestitus tegmentaq; nobis cōparemus, qua-
 lia primi illi prodigiorum repertores Græci, pal-
 liati sophistæ, commenti sunt. Personatos esse o-
 portet, si sapimus: semperq; aliqd cōminisci, quo
 sacrum illud latibulum, sanctumq; silentium refe-
 ramus Harpocrati, non uitæ modo cæteris ratio-
 nibus, sed triclinijs cubiculisq; (quibus tandem de-
 uoti dicatiq; sumus) necessarium. Aues esse exti-
 mate, aliud agentes mortales. Ciuitates uero, a-
 reas: quas ubi concinnaueritis, umbrasq; et rerū
 imagines, quas modò dixi, larvasq;, et quicquid
 arcanum Murcea docuit, quasi escam effuderitis:
 uos aucupes esse mementote, qui auscultantis uo-
 lucres facile retibus implicetis, si ut illi faciunt,
 sic uos quoq; latitantes, silentesq;, inescari illas
 patiamini. Quare agite promptissimi Sodales,
 resumite animos, nec suauissimam deam INER-
 TIAM deserite, si pro Esurie Saturitatem, pro
 Egestate Opulentiam, pro Labore Quietem, si
 deniq; (triumphatis hostibus) ocii securitatemq;
 adipisci cupitis. Amplectimini salutaria quidem,
 ueraq; consilia: aut si mauultis, præsidia: dicatum
 nobis hoc caput meum periculis obijcite, meq; pri-
 man

mam semper ante diem locate . Quod si plura à
nobis fortasse , quām quæ memoriæ commendari
possint , præcepta dari uidentur , paucissimis uer-
bis cuncta complecti possum . Deuotum hoc pe-
clus aperiam , reuelabo sacramentum , meq; ip-
sam uobis totū insinuabo , si pulcherrimū Græci
boninis (et quidem philosophi) uobis elogiu tra-
didero . Vos illud suis uerbis , Græca fide colligite .
τὰ νελαὶ μὲν λαλεῖτε , ἀλλὰ τὰῦτα μὴ λαλεῖτε .
τὰ νενὰ δέ ποιεῖτε , ἀλλὰ τὰῦτα μὴ λαλεῖτε .

Hanc orationem incredibilis omnium plau-
sus subsecutus est . erecti multitudinis animi , non
aliter quām nouis principibus acclamatum . Lau-
dere omnes facundiam , laudare prudentiam , tum
singula orationis capita , præcipue uero illud ex-
tremum elogium ad cœlum tollere : solum id es-
se Inertiæ munimentum , solum præsidium . Sa-
tis singulis cautum esse , si salutaris præcepti
memoriam sibi quisq; , usumq; præsumeret . Le-
ues quidem semper Græcos , sed maxime stoli-
dos fuisse , cum uiliissimorum holerum , raphani ,
betaeque aureum argenteumq; simulacrum Del-
phico Apollini dicauerunt . Hoc præceptum
non auro argento'ue , sed gemmeis literis inscul-
pendum fuisse : utiliusq; aliquanto , quām decan-
tam (nescio quam) in eiusdem dei templo sen-
tentiam , qua se quisque cognoscere iuberetur ,

varam

raram quidem, factuq; longe difficillimā, & que mortalium contigerit nemini. Melius namq; succedere, si enitantur homines, ut ceteros quidem cognoscentes, à nullo ipsi cognoscantur. Orationi fidem augebant, uenerabilis fœminæ aspectus, rarus in publicū egressus, uelata pars oris, quo decentior mansuetorq; uideretur: oculi ad grauitatem compositi, sermo comis, simplicitati propinquieror, sed qui prauī ingenij maligniqt; iudicia altius intelligentibus præ se ferret. Dimissa concione, læti quisq; in tabernacula sese receperunt: ac digito ad os reducto, pressisq; labijs Harpocra- temuenerantes, cōtinuò sibi quisq; saga, uelamen taq; circūponere, pulla, candida, leucophea, pal- lia, togas, cycladas, cucullos, amictusq; uarios, de- rasis uel detonsis capitibus quidam, quidam impe- xis, promissæ multis barbæ, abrasa multis tūmen- tum, tum mustax: tam uarie linguis gentes, quam pertinax uestis, mentis manusq; cū uoce & pro- fessione dissidium. Vertumnos omnes, ac Proteos diceret: tuti adeò, repres̄sis Esuriei Egestatisq; co- natibus, grassabantur. Nihil illis imperium, nisi sicubi uiarū angustijs Labor præsidia opposui- set. Illa namq; non secus, ac Chalcedonum saxa Palamedes, deuitabant. Hic rerum status, hic prouinciarum habitus, peragrante orbem Iner- tia. Cum interea Labor, & ipse cælibatus impa- tiens,

tiens, ubi se repudiatus agnouit (ut est impiger deus) adiutrice Minerua uxorem duxerat, antiquæ nobilitatis, exempliq; sc̄eminam, probam, prudenterem, strenuam, & cui nihil eorū deesset, quæ desiderare coniugij sapientes solent: non forma, non uigor, non genus, non industria. Nomen huic Agenoria fuit, indefessa uirtute, maritū quocūq; iret, intenderet, sequebatur. Hanc Vſus pater ingenuè educauerat, digrediuntemq; ab se monuerat, ut Laborem quidem uirum diligenter, à mulier cularum uero quarundam consuetudine prorsus abhorreret: Inertia in primis ab se repelleret, malorum omniū parentē, quæ id maximè efficeret, ut necessaria nescirentur. plurima enim esse, quæ melius ignorentur. Adhibendum uero iudicium, ne dum infiditiam fugeret, plusquā opus esset, aut minus quam deceret, saperet. Secordiā uero, Ignoriam, Desidiam, Negligentiam, Pigritiam, Incurriam, Inertiam, sordidissimæ deæ Murce & famulas, ne uisu quidē dignaretur. Ociose uero ne tempus tereret, neu uana disceret, ne ue in superuacuis uersaretur. Ageret semper aliquid: meminissetq; impossibile esse, nihil agenti, bene agere: simulq;, quod nihil agendo homines (autore Romano quodam homine) male agere discerent. Diligentiam igitur in primis coleret, Sobrietatem adamaret, Eudemq; seruaret, tum datas sibi comedentes om-

tes omni studio tueretur. Esse in fatis, si paternis
 quidem monitis obtemperans esset, ut pulcherrimi-
 mæ proli parens efficeretur. Septem enim pari-
 turam filias, quas qui non appeteret, nemo unus
 hominum usquam inueniretur. hoc Labori uiro,
 summum rerum omnium patrem Iouem inducisse
 memorabat. Talibus atq; alijs monumentis in-
 structa Agenoria, dictis sedulò obsequens, in con-
 iugum Laboris uenerat. Comites ei Pallas dederat
 nobilissimas foeminas, apud se liberaliter edu-
 catas, cateq; & cordate simul eruditas: Politiam
 in primis, longè omniū clarissimam, quæ ceteris
 quoq; præscriberet, quæ illas facere, quantumq;
 oporteret: Opim præterea, Palen, Arachnen, La-
 rundam, Dorim, Bellonam, Panaceam. Has Age-
 noria deseruit nunquam: sed neq; illæ Agenoriae
 desuerunt. nam domi forisq; semper præstò fue-
 re, noctu, interdiu etiam cum in cubiculum quie-
 tis gratia coniuges conuenirent, illæ pro foribus
 excubias agebant. Itaque ubi **POLITIA** lo-
 cum condendis oppidis, sedemq; delegisset, illæ
 continuò fruges, pecus, uestem, domos, merces, tu-
 telam, hospitatemq; parabant, pœnum struebant,
 necessaria cuncta importabant: ita cum beatam
 uitam ducerent, nullius omnino indigam rei, quæ
 mortalibus opportuna uideretur (nondum enim
 Aegyptiæ superstitiones, Græcaq; portenta eo-
 rum

rum urbes inuaserant) maturo partu, mira popu
 lorum l^aetitia, septem edidit Agenoria filias, diuī
 na omnes forma, maiestateq; conspicuas. Cum de
 nominibus quæreretur, respondit Numen: Ea uo
 cali Latina litera, quæ una figura græcè scribi
 non posset, incipientia nomina filiabus impone-
 rent, id elementum esse Grammatici interpretati
 sunt, quod V diceretur. Eam igitur quæ primò in
 lucem edita est, Vitam nunc uparunt. Sex dein
 ceps quæ ordine sequebantur, Valentiam, Virtu-
 tem, Victoriam, Vbertatem, Veritatem, Voluptat-
 em nominarunt. Hoc ea numinis prouidentia fa-
 ctum esse arbitrantur sapientes, quod hostiles ad-
 uersus Inertiam animos gererent. illa autem Græ-
 cis maxime cum literis tum artibus aleretur, foue-
 returq; Erant in omnium mortalium uocibus, uo-
 tisq; puellæ: nec quisquam in immenso illo nume-
 ro tam mentis expers fuit, qui nō illas ad se allice-
 re, sibiq; cōciliare omni studio niteretur. Quis
 & ipsa Inertia, illaq; ingens clientum eius turba,
 tametsi aduersus earum parentes implacabile odi-
 um gererent, duas tamen ex illis, spretis quidē cæ-
 teris, Vbertatē, Voluptatēq; adamabant nihil in-
 tentatū relinquentes, Fraudis & Hypocriseos o-
 pe, quo illas clā parētibus qdē in cōtuberniū sibi
 adsciscerēt. Ante omnia uero, ne id rescisceret Ve-
 ritas soror, magna cautela obseruabat. Neq; enī
 dubium

dubium erat, si illa insidias detexisset, quin omnes
 in Egestatis uincula continuò dilaberetur. Coér-
 cere interea uirgines Agenoria, hortari comi-
 tes, ne filiarum tutelam, cœptumq; opus per tor-
 porem desererent, né ue illas ab indignis homini-
 bus usurpari sinerent. Instare etiam Labor, obse-
 crare, increpare, monere, ne pecora inter inertia
 formosæ adeò, & tantis artibus quæsitæ puellæ,
 abutendæ per somnium traderentur. Dato pari-
 ter Herculi negotio (nam is Laboris perpetuus co-
 mes aderat) ut adhibita etiam ui clauq;, si id ex
 usu esse uideretur, Murcealium epulonū petulan-
 tiam cohiberet. Sed nulla uis, nulla custodia satis-
 fuit, quin Fraudis Hypocriseosq;, imperiosissi-
 marum fœminarū machinamenta, in Agenoriat
 quoq; casira ipsa penetrauerint, Inertiamq; eius
 opibus copiosissimam facerent. adeò fatalis om-
 nium Ignavia mentes oculosq; perstrinxerat.
 Quinetiam, & quod magis mirere, una puellarū
 Virtus ipsa, succumbere uidebatur. Nam & uo-
 ciferantem Desidiā conspicata, & rabulas quos-
 dam, qui se philosophos diceret, atq; ideo sibi om-
 nia licere arbitrarentur, alimēta flagitantes, neq;
 despexit ipsa, neq; faciē auertit, sed escas stipemq;
 præbens: Iis, inquit, non ut hominibus (indigni e-
 nim gratia, qui à nostro genere alieni sunt) sed ut
 homines, demus. Ita Inertiæ comites, partim quo
 pollent

poterat astu, partim puellarum facilitate, in La-
 boris & Agenoriæ peculium irruperunt. In
 hoc astu rerum, Iouem optimum maximum adi-
 re placuit. id ex omnibus consilijs conducibile so-
 lum usum fuit. Neque enim esse mortalis pruden-
 tie tantum opus arbitrabantur. Eum igitur ade-
 untes, Labor in primis, Agenoriaq; tum comites,
 & uenerabilis procerum turba, desperatis iam re-
 bus opem ferre precabantur. Querebatur in pri-
 mis Politia (nam illi dicendi prouinciam deman-
 dauerant) corrupti iam mortalium societatem,
 corrupti harmoniā, qua pulcherrimē quondam
 stetisse orbem memorabat. Esse genus quoddam
 hominum, qui infames quasdam deas terris indi-
 xerint, Murceam, Inertiamq; illisq; quæ nō com-
 pararunt ipsis, placamenta sacrificarent, qui non
 de suo pergræcarētur, scortarentur, potarent: a-
 lienisq; sudoribus partas opes, Desidiæ, Fraudis,
 Hypocrisieosq; præsidij fulti, assumerent: Labo-
 rem uero, Agenoriamq; (qui prīmi mortalibus
 colendi dati sunt dij) ab ipsis sperni. cōferri uero
 ab ijs nihil, quod in cōmūne usum facere posset.
 Aspiceret Agenoriæ comites. dare Opim Reip.
 fruges, uinum, oleum, salem, lignum, linum, mil-
 leq; alia humanis usibus necessaria: Palen uero iu-
 menta, ueterina pecora, cohortalia, lanam, lac,
 omnesq; quæ illam sequuntur commoditates: A-

13

Pachnen & ipsam, qua est industria, uestem, tegmina, stragula, peripetas mata, quæq; in usum castorum, & miseris uelamina nautis adhibentur, præbere: Larundam domos conferre, commoda habitationes, templa, moenia, ædificatio[n]es omnia quibus salubrior uita comparetur: Dorin non deesse & ipsam, sed longe lateq; uagantem nauigatorium omnem usum, instrumentumq; parare, quo specierum mercimoniorumq; conuectatio uebibus necessaria, facilior habeatur: Bellonam item generosam fœminam, gladios, scuta, machinas, armaturamq; omnem, tum bellicum apparatus, militariaq; omnia instruere, puluerem, sudorem, sanguinem castrorū, uulnera quoq; & mortem nō refugere, quo urbium tutelæ prouidentius caueretur: Panacea uero, quid intentatum inexpressumq; relinqueret, quo hominum utilitati, publicæq; saluti uiam astrueret? mare illam terrasq; percurrere, nec animantes modo, & ea que summa tellure nascuntur, flores, folia, frondes, fructus, sed quæ subcutanea quoque sunt, radices, fibras, bulbos, tyleas, quin & in ipsis etiam terra uisce, ribus metalla scrutari, quo sospitas, incolumitasq; seruari possent, quo lapsis morbo corporibus medicamenta præberentur. Iam uero si quid ipsa præstaret, uel nominis argumento in proposito esse. Ad probitatem in primis se homines instruere, bo-

ere, bonas artes inducere, ad recta studia cohortari; rem familiarem curare, publicam formare, componere: militarem disciplinam exercere: Religionem, deorumq; cultum (eum scilicet qui spiritu & ueritate continetur) ostendere, iura conscribere, magistratus creare: præsto omnibus esse, per quæ ciuitas bene beateq; gubernari possit. Iniquum non esse, si qui ista non curant, qui nihil agunt, qui publica fugiunt, coniugia contemnunt, qui naturæ tributum non referunt, qui in pulcherrimam hanc, ciuilemq; societatem, nihil nisi uerba, inanesq; sonos fumosq; conferunt, societatis fructum capiant. Esse alios, qui turpes delicias & inconcessos amores secentur: alios qui magicas obscenitates, qui chymisticæ species, qui remotioris Græciensis sciætiae uanitatem, qui superstitiones, uetera odiorum nomina, & prioribus damnata sacerdotalibus prætereant, clancularij nocturniq; homines, malo geniti, poetarum similes: dum interea sanctissimæ deæ Agenoriam fructus, ipsi ad compendium referant, atque Inertiae alimenta acquirant. Adhibendum malo remedium. Exercenda iam fulmina: aut si id (quæ est clementia) recusaret, mittendum Polemum, seu erum deum, & magnis rebus casibusq; seruatum, qui temporum labem uitiatiq; corrigeret: Ignauum fucos pecus à præsepibus arcendū esse:

pulcherrimas modo puellas (uerum Iouis ipsius munus) tueretur ipse, ne indignorum manibus ueluti prostituta dederentur. Hæc acriter intentio, miroq; oculorum uigore, orantem Politiam, simulq; uirgines ostentantem, diuorum fauor omnis commendauerat. Iupiter uero, efficax adeo ueri numen, Agenoriam complexus, simulq; uitrum osculans: Agite, inquit, strenui, agite fortes, cælo nobisq; grati: Inertia terris dedit Orcus pater, idem illam contubernalesq; uiuentes ac uita functos accipiet. suis furijs uexetur ignauia, De sidiæ, Fraudis, Hypocriseosq; commenta miseros agitent sodales suos. Vos uerae probitatis milites, Hercule duce, alacres lætiq; certate studijs optimis, commissisq; uitæ muneribus incumbite. Non uanis apij oleastri' ue fertis, sed quæ legitimis pugnatoribus debetur, fœlicitate coronandi. Eadem dixisset Iupiter, uirgines omnes complexus, earum priores quinq; fortioribus strenuisq; semper adesse imperauit. Virtutem uero, Voluptatemq; apud se esse nudas, apertasq; uoluit, ex parte mortalitatis solatium hominibus futurum. Eorum autem imagines, uelatamq; circumferre Politiam iussit, quas inspicientes excellenti ingenio prædicti uiri, assequendarum quandoq; uirginum, certissimamq; spem, argumentumq; conciperent. Tum Calliope ab editissima cœli parte, quanta maxima

Maxima uoce posset, hæc mortalium generi denunciare iusit oracula:
 Desperare animis, fictæ mala crimina mentis
 Posse latere Iouem, genus ô mortale, dabuntur
 Præmia: nec semper fœlix dolus, omnia certus
 Reddet aperta dies. sed nec sibi fata nocentes
 Dispónunt pigri, nec Inertia temperat urnam.
 Tempus adest, rerūq; nouus nunc uertitur ordo.

AGENORIAE FINIS.

APOLOGI II.

Argumentum.

Aurum ac Sapientiam, ad utrāq; fœlicitatē moralibus instrumenta esse posse. Veram quoq; philosophiam non doctrina, sed uita cōstare. Sed cum necessitate parere homines oporteat, et quum esse, uiros potenteria illustres uirtuti opem ferre, quæ à fortuna destituta sit.

MISOPENES.



Enales ad hastam Mangu seruos, adolescentes duos, auctionans ostentabat, egregia utrumque forma: marem quidem alterum, cui Chrysio nomen fuit: fœminam alteram, Sophiam dictam. Sed Chrysio

quidem pallidior paulo uultus, atq; inscriptus erat: Sophiæ uero cœlestis penè facies, uerum in-
 culta & neglecta forma. Hos mirum in modum
 atque incredibilem spectantibus commendabat
 Mangu in tanta sexus, generis, ætatis, ordinis ac
 formæ differentia, parissimos prorsus illos esse
 industria ac potestate dicebat, dissimillimosq; ho-
 mines persimilia efficere affirmabat. Itaque lici-
 tantes clamitans hortabatur, eos sibi seruos com-
 parare, qui beatos possessores facturi essent. E-
 rant inter licitatores Misopenes quidā, Penates
 (ut ferebant) philosophus. Hic in adolescentem
 (ut qui Græcus, & non cæcus esset) oculos conie-
 cerat: Mangonemq; rogauerat, uti precium indi-
 caret. Ille de precio quidem conuenturū se respon-
 dit. postea suadebat uiro, ut puerum inspiceret
 prius: tum si rebus suis conuenire illum arbitra-
 retur, indicaturū precium. Chrysium ergo ipsum
 interrogare Misopenes primū statuit, quod man-
 cipiorum emptores solent, sanus ne esset, an mor-
 bosus, uiciosus ue: qui nam usus ex eo esse posset:
 & quid esset, quod de se ipso alienis futurus ser-
 ius polliceretur? Itaq; percunctari adolescentem
 ad hunc modū Misopenes cœpit. MIS. Heus
 inquam adolescens, quo te nomine parentes nun-
 cuparunt tui? C H R Y. Chrysio. MIS. Elegans cer-
 te nomen, & uocatu commodum: sed & genus ef-
 fare,

fare, tum parentes, tum patriam. C H R Y S I V S.
 Mibi quidem ô here, genus non ignobile, sed nec
 tibi ignotum arbitror: nam à magno illo Dite,
 Saturni filio, longa successione per Telluunionem
 ac Tellurem originem duco. M I S O. Vetustissi
 mum sane genus, atq; Heraclidis ipsis antiquius.
 C H R Y. Parentes mihi Argyrozous, & Thiona,
 operosi homines, nec exigua uitæ utilitatem im
 pendentes. M I S O. Hos ego qui commemora
 rent, audiui sæpius, ac uidisse me quandoque me
 mini. Sed nullum mihi cum illis unquam nego-
 tium fuit, nisi quòd antelucanis lucubrationibus
 lucernam aliquando nobis accedit Thiona.

C H R Y. Patria mihi eadem quæ Gigantibus. M I S O.
 Ergo tu Gigantum conterraneus es, eorum uide
 licet qui magnum manibus rescindere cœlum ag-
 gressi sunt, qui montes montibus quondam su-
 perponebant. C H R Y. Eorum plane. ac ne me
 illis deteriorem putas, ego Gigantes uiribus lon-
 ge præcello. M I S O. Viribus? Nunquam ego
 & depol Gigantis esse uiribus uenale mancipium,
 adducar ut credam. Verùm perge adolescens,
 nec succense as percunctanti. Aequum est, domi-
 num, qui nouitium seruum, ueterem in familiam
 introducturus sit, & nationem, & consuetudi-
 nem, & mores, tum corporis morbos, atq; animi
 uitia perdiscere: arte præterea, facultatē, uires, ac

cætera subinde noscere, per quæ emptio grata sit,
 nec domino stultitiam exprobret. Scis iactari uul-
 go uetus adagium, Musionem in pera ne emitto.
 Eloquere ergo, sanus ne es, ualens, firmusq; cor-
 pore? C H R Y. Imò bene ualentium omnium ua-
 lentiissimus. multos inuenies qui coeli grauitatem,
 qui aquarum mutationem, qui subterraneas humi-
 lesq; habitationes non ferant, quibus etiā ignis ip-
 se uel paululum admotus noxius sit: multos itidem
 qui non paruam esculentorum partem fugiant, et
 eorum quæq; quæ uita desideret, & quæ lauatoris
 uitæ instrumenta sunt, ut acetifalisq; succos, qua-
 si abrodentes absumentesq; uitales fibras. Nihil est
 horum quod metuam. Natura ipsa (nouerca alio-
 quin) hoc inclusit mihi, ut quæ alijs maximè insa-
 lubria putentur, ea penitus mihi sint innoxia.
 Quinetiam (miraculum tibi saturum) ignis eda-
 tißimum uoraciſſimumq; elementum, tantum a-
 best ut admotum lædat, si me totum quantumuis
 potens circueat, nihil mihi ex eo deperit, sed ue-
 getior multò uigentiorq; inde exeo. M I S O.
 Mira hercle narras. Sed palloris argumento,
 de ualeitudine subdubitans, sanus ne essem roga-
 ui. scireq; expeto, quæ nam suspecti coloris
 causa sit. C H R Y S I V S. Mirum subit, oculatus
 adeò cum sis, in eo ambiguum te esse, quod ma-
 ximè perspicuum uideri potest. Circumfer (si
 placet)

placet) oculos, & pulchrum patensq; forum
 hoc, circumstantesq; tabernas, palatia, templaque
 intuere, & dispositas sellas undiq; ingentemq; il-
 lam mortalium turbam: uides ut in nos, coniectos
 oculos omnes teneant? Nemo unus est horum, qui
 non insidias mihi struat, tendiculasq; concin-
 net, quo me certatim rapiat: ut demirer prorsus,
 quo nam modo ui abstineant, patienturq; ociose
 adeo nos uerba facere. Num tibi haec metus ex
 palloris iusta uidetur causa? MIS. Prorsus
 iusta. Sed id cogitatione auerterat, quod tunica-
 tum illum uirum pro templo orantem, atq; è sub-
 limi suggestu clamitantem intuebar: qui acerrima-
 atq; formidabili oratione, insidiantes tibi absterre-
 ret. Ita illos quiescentes inferre metum non po-
 tuisse, credidi. CHR. Erras. nam ex ille quem
 truci adeo aspectu, ac fulminantibus oculis, quasi
 tonantem, minasq; ingerentem ijs qui mihi insi-
 diantur, cōspicis: is ipse primus est, qui me innas-
 fare quasi pīscem cupit, ac tum laqueos mihi in-
 tendit maxime. MIS. Sed tu ualidus adeo cū
 sis, ac giganteis (ut aiebas) uiribus superior, cur
 tantopere horum insidias pertimescis? CHR.
 Quia eadem mihi quae Antheo eueniunt, tantisper
 forti dum iactor, terraq; ualidiori, rapi alioquin
 facile. MIS. At cur tibi signatus stigmate,
 atq; inscriptus uultus: fuga'ne, an furtum, noxā-

ue, an piaculare aliquod flagitium, carucariā fur
 cā ferre, insigniriq; ad hūc modū coegit? C H R Y.
 Nil horū. sed per seruitij legem, et dominorū in-
 genia, prout cuiq; in mancipatum ueni, sic uarias
 mihi indidere cūm sigillorum species, tum nomi-
 na quibus dignosci possem. inde mihi nūc Bigati,
 nunc Victoriati, nunc Philippei cognomentū im-
 positū, et pleraq; huiusmodi. M I S O. Recte tu
 quidē omnia, atq; hæc seruili (ut uideas) ingenio.
 Sed si te ego emam, quod tibi nomen imponi uo-
 les? C H R Y. Pandorus. nam id mihi ex cogni-
 mentis omnibus maxime propriū. M I S O. Edi-
 sere nouæ appellationis interpretationē. C H R Y.
 Quia qui me habet, omnia omnino habet, per que-
 beatus fortunatusq; uitā uiuat mollem atq; opipe
 ram, quasi qui omnia donec. M I S O. Per pulchrū
 mehercule nomen: uerū absurdius nihil, si res di-
 screpet. Sæpe ego multos uidi speciosa sibi ista no-
 mina usurpantes, cæterum ignauos, infacundos,
 indociles, imò uero et malos, qui non splendidis
 appellationibus modò, sed uita indigni fuerint.
 C H R Y. Quid si me iouem nuncupari iuberem?
 M I S O. Hoc ego summum nuncuparem nephias.
 C H R Y. At aliud frequentius mihi apud morta-
 les nullū nomen. Nam et parē mihi, quem Opti-
 mo Maximo, cultū magna mortalium pars exhi-
 bet, ut qui me etiā uinctū (ut sunt importuni quo-
 rundam

Rundam mores) tenuerunt, habere se domi, atque
 in arca clausum louem dictauerint: quasi me p̄-
 sente, non secus ac loue ipso, quicquid optauer-
 int, uenerit: domosq; & ciuitates, & uicos, &
 tempora ea maximè felicia dixerunt, quibus ego
 meam operam facilem p̄ebuerim. M I S O. Mi-
 ra prorsus atq; incredibilia narras, Chrysi. at ue-
 reor, ne non adeundi Aediles sint, si te emam, ac
 redhibere oporteat, quasi uiciosum, mendacē, ser-
 um. C H R Y. Veriora uero sunt quæ dissero.
 M I S O. Age ergo mi Chrysi, si ego tibi iussero, a-
 grū ut colas, ac de sterili frugiferū facias, num id
 potis es efficere? C H R Y. Vel litoralē fabulonē,
 nō secus ac Italiæ sumen, uel Africanū Bisantiū,
 fœcundum reddam. M I S O. Quid si ædes mi-
 hi extrui imperauerim, pulchras, amplas, magni-
 ficas? C H R Y. Vel Romanū Capitoliū, uel Ae-
 gyptios labyrinthos p̄estabo. M I S O. At si amo
 ribus indulgere, uirginesq; mihi omnium formissi-
 mas cōparare esset animus, num & in has quoq;
 tibi imperium? C H R Y. Ego Anaxareten, Da-
 phnen, & Dianam ipsam, Phrynem faciā: totq;
 ego tibi penē p̄estabo Thaidas, quot fœminas.
 Audisti' ne unquam ænea turre inclusam ac custo-
 ditam Danaen, Ioui obsequentem fuisse? ego illi
 dux fui, ego illam illi tam parentem p̄estiti,
 quam uiro lasciuam coniugem. M I S O. Cupido
 ipse

ipse tibi per Iouē cedat, si uera sunt quæ narrab.
CHRY. At telum ipsum, quo maximè Cupidinē
 pollere ferunt, quo deos, deasq; atq; hominum ge-
 nus omne in furias ignemq; rapit, ego hisce mani
 bus fabricau: id ex me nomen sumpsit, atq; ex eo
 Chryseum telum dictum est. **MISO.** Supplica-
 re ergo tibi, non puero illi oportet, qui amata po-
 tiri uelit. **CHRY.** Imò uerò mihi. Nōne ego me
 Iouem nuncupari posse dicebam meritò? **MISO.**
 Sint licet ista ut prædictas, belli tamen ac pacis iu-
 ratibi sunt nulla. **CHRY.** Ignoras (quod pace
 tua dixerim) quòd ignorantem neminem, ignorat
 nemo. Nam & belli me nerū uulgo mortales uo-
 cant: neq; gladij, neq; machinæ, atq; ego, penetra-
 biliores efficacioresq; sunt. Tantū uerò mihi pa-
 cis arbitrium potestasq; est, ut paratos in cædem
 gladios manibus excusserim, galeas detraxerim,
 manifestam uictoriam de manibus eripuerim ip-
 se. Nec ea quæ modo hominū arbitrijs conficiun-
 tur, sed quæ ingenij quoq; constant, mihi, dum li-
 bet, parēt. Nam & Oratores ipse instruo, & Poë-
 tas facio, & coruos picasq; humana uoce loqui
 iubeo. **MISO.** Facilius ista fortasse, quām que
 prudentiū consilijs in Repub. statuuntur, ubi po-
 tentiora multo uidentur, quæ uirtute & ciuili ge-
 runtur scientia: in his nullum tibi ius esse, propius
 uero est. **CHRY.** Nullum: leges, iura, iudicia, quòd
 libet

libet impello: testes, tabellarij, ius dicētes, legati,
 præfides, magistratusq; omnes, minora etiam offi-
 cia, nutum uerentur meum. Regibus quid inter
 homines potentius, terribilius, augustius? at ego
 Regum mentes, quocūq; iussim rapiō, auerto,
 conuento, subuerto rursus: regesq; ipsos tam euer-
 to, quam facio. M I S O. Huic tam insigni po-
 tentiæ, non Gigantes, sed uix ipse comparandus
 lupiter. C H R Y. Quid Iouē toties repetimus,
 id temporis quo beatissimam fuisse hominum æta-
 tem proditum est (necdum nato Ioue) ex me co-
 gnominatum est χρύσος αἰών, ut intelligas tanto
 me Ioue antiquiorem potentioremq; habitum.
 M I S O. Græculus es, ut video. nam & nomen ip-
 sum indicat, & uerbanationem olen. obsecro bo-
 ne Chrysī, in cœlum ibis, si iussero? C H R Y. Cœ-
 lum? Sed nec celestes patent ianuæ, nisi Chrysea
 (nam hæc illi ex me nomē) clavis illas patefaciat.
 Vidisti' ne unquā senem illum Romæ summo tem-
 plo cōmorantem Iani, gestantem clauem qua cœ-
 lum referet? ea clavis est Chrysea. M I S O. Di-
 speream, nisi me ad insaniam loquax hoc redigat
 mancipium. tú ne clauem illam confecisti, qua de-
 super ingens porta patet cœli? C H R Y. Illam
 ipsam, inò uero ego senem illum qui eam gestat,
 ostiaria & præfeci prouinciae. me comite, me consi-
 liario, me duce tantū fastigij adeptus est. M I S O.

Quid

Quid si Therites, aut Phlegyas, aut ijs deterior
aliquis, recludi sibi illas cœlestes fores efflagitet?
CHRY. Si ipse iussero, si Chryseum illud reser-
bulum excussero, eodē penè loco, quo puer phry-
gius Tonantis pedibus, assidere illos faciam:pha-
na, prophana, concessa, incesta, aræ, templa, sa-
cra, sancta, religiosa omnia, & quæ etiam ho-
minum commercio per gentium instituta subdu-
citur, meo arbitratu transigūtur omnia. MISO.
Omnia? CHRY. Omnia, inquam. MISO. Eri-
go ut te expectent omnes, & quū est. CHRY. On-
nes. MISO. Et omnium tutor & saluator es?
CHRY. Omnium. MISO. Et omnibus præstò
es? CHRY. Omnibus. MISO. Ergo omniū om-
nes es? CHRY. Id prorsus. MISO. Crederē ego
istæc quæ iactas omnia, sed propriū testimonium
leges respuunt. CHRY. At ego testem tibi uni-
uersum orbem citare possum, afferre tabulas, syn-
grapha, monumenta, atq; omnium qui quicquam
unquam literis mandauerunt uolumina, poëtas,
historicos, iurisconsultos, philosophos, & eos qui
sapientiæ sibi nomen uendicarunt: nullum inue-
nies, qui non me rerum omnium neruum, rerum
publicarum columen, futuræ necessitatis fideiufi-
sorem, fœlicitatis instrumentum, regem impera-
toremq; omnium clamitet, ac pro me certatim plo-
gnet. MISO. Oportuit ergo, efficax adeò cum
fis ser-

sis seruus, te quidem nō pro mancipio, sed pro do-
 mino emere, nam & Imperator, & Gigas, & Iu-
 piter cum sis, me quidem seruum, si te compa-
 rem, te herum esse necesse est. C H R Y. Imò ue-
 rò me seruum, si tu imperes, si utaris. Nam si me
 domi uinctum torpentemq; in tenebris ceu sta-
 tuam continueris, nequissimus omnium futurus
 sum dominus, qui cibum tibi, qui somnum, qui
 tranquillitatem auferam, qui te tuo defraudem-
 genio, qui te tandem furijs Harpyisq; spolian-
 dum lacerandumq; relinquam. plurimū enim in-
 terest, an habearis, an habeas: tamq; tibi desim,
 si me habeas, quam si non habeas. M I S O. Oe-
 dipo coniectore opus est, ita mera mibi narras æ-
 nigmata. Si te habeam, ne habear: si te conti-
 neam, non habeam: desisq; si habeam. Sed per-
 ge, responde: Pandorus cum sis, cur te non o-
 mnes emunt? C H R Y. Quia sine me, me emit
 nemo. ego merces sum, & precium. M I S O. Et
 hic quoq; gryphus Sibyllam poscit interpretem.
 Habere ergo oportet priusquam emaris, ut tu em-
 ptioni postea accedas precium? Quid' nam me igi-
 tur iubes facere, si tui futurum precium habere ue-
 lim? C H R Y. Quod cæteros mortales facere ui-
 des. M I S O. At ego uideo nihil, nā quæ ipse neg-
 facio, neq; feci, ea facturum neminem suspicor.
 C H R Y. Sed docebo ipse te, atq; intendam (quasi
 ad son-

ad fontem) digitum. ascende mecum (si placet) hue
 in proximum templi pinnaculum, quo ex edito
 facilius circunspicias. MISO. Ascendo: quid
 me iubes circunspicere? CRY. Vides' ne chla-
 mydatis illos, liberali facie, blandis uerbis homi-
 nes cōpellantes? tum gemmas, argentea uasa, mar-
 garitarum lineas, sacculosq; à fōrdido illo sene-
 clanculum capientes, signantes syngrapha, atq;
 argentum subinde numerantes? MISO. Video.
 CRY. Si nisi ut me concilient, aliud sat agunt ni-
 hil, supra etiam naturae potentiam audentes ali-
 quid, ut scilicet quod est inanime, pariat, ac sine
 mare. MISO. Isto ego opinabar esse urbanos
 (ut quidā uocant) grassatores. CRY. Vides
 & togatos illos, præcipiti gradu forā circumneui-
 tes, libellatis manibus, ac prostituta fronte, clamō-
 res iurgiaq; intendentēs? Si nihil queritant, nisi
 ut me sibi mancipiū faciāt. MISO. At illos Pa-
 latinos canes appellare mortales solēt. CRY.
 Conspicis & ad lœuā cucullatos illos longis pal-
 lijs, grādia, sublimia, cœlestia, abdita, iusfū fasq;
 resonantes? ij studium omne, artesq; impendunt,
 quo me suis commodis obsequentem habeāt. Nec
 ullum facile reperies genus, uerbis tenuis hostilius
 mihi, re uero mei appetentius. MISO. Sæpe id
 mihi insurrauit aliquis. atq; ubi introspexi, ue-
 rū id esse comperi, quod à sapiente quodā de illis
 didi-

didicerà, Quina pelle rapacissimos latere lupos.

CHRY. Nunc purpuratos illos regiam peruentes aspice, ut quæstores rationales, uiatoresq; secum trahant, ut argentum numerent, annonamq; erogent, stipendia soluant, pecuniam conquerat, exigant, nihil illis antiquius, quam dominorum quidem rem, sed priuatam primum, propriamq; curare, meq; sibi uel peculatu querere. MISO. Ego illos aulicos vocabam mures, qui uel ferrum roderent, sed in familiarem tandem muscipulam saepe illos inclusisse didici, ac pro spongijs interdum habitos. CHRY. Cernis & illum resupina ceruice, locupletem hominem, annulatum, uul tuosum, sublimi fastu, testudineo gradu, undante chlamyde porticus illos terentem? MISO. Video equidem. Sed hunc phaleratum asinum ciues vocant, ac mirari mecum soleo, quæ nam causa tantam illam turbam mastigiae illi comitem faciat. CHRY. Mirari itidem potes, quod mel sequantur muscae, aut tabidam prædam uultures? Sed in gurgustum illud infer acrius oculos, quæso, quid illic uides? MISO. Video ego ibi hominem, nisi me fumus aut caligo fallit, uitreis simi pulis circumdate, herbas pulueresq; miscentes, chalcantum, nitrum, sulphura, & fluxam quandam, quasi liquefactum plumbum, materialiter agitantem. Tum gasterium nouo quodam cre

ex genere obleuisse, eiq; non carbones, aut ar-
 dens lignum subiecisse, sed flammatam candelam.
 C H R Y. Quid illum comminisci, quid tenta-
 re ijsce artibus putas? M I S O. Ignorare me
 prorsus fateor. C H R Y. At ille me gasterio
 mixturi illis euocari, includi, gigni; posse ar-
 bitratur. M I S O. Ergo candele unius flam-
 mula, atque exiguo tempore conficere id posse
 sibi persuasit, quod quingentorum aut plus an-
 norum spacio, genitorem omnium solem monti-
 um uisceribus scimus gignere? C H R Y. Posse.
 M I S O. Hanc ego occupatissimam uanitatem
 prorsus esse contendeo. Sed quid est quod aureas
 candentes laminas ex igne in aquâ (nescio quam)
 coniicit, rursusq; ex aqua in ignem, sepiusq;
 idem factitat? C H R Y. Ille me quasi Semeles fi-
 lium, potabilem fieri posse uulgo pollicetur, ita
 ut nec Aesculatio egeant qui potent. M I S O.
 Ego potores ad se allicere ijs commentis hunc ar-
 bitror, quo te illi adducant uinctum. Sed impo-
 stores uulgò dici illos audio, qui ista sectentur:
 Stellionatus quidem primum reos, mox numisma-
 tum adulteros solere fieri, atq; egregios. C H R Y.
 Rem tenes. Sed quid ego singulis commonstran-
 dis moræ tantum insumo? intra urbem inspice,
 quicquid ergasterijs illis cædi, tundi, scalpi, tra-
 hi, neri, texi, sui, sarcinari, strui, confrui, de-
 struiq;

struig; cernis, id mihi totum impenditur. Ex
 tra urbem intende nunc oculos, & castra illa &
 pelagus considera, tum prælia, & concursantes
 inuicem armatorum globos, & nauium arden-
 tes illas cruentasq; pugnas: ego illis petor, pro
 me depugnant certatim illi. M I S O. Nunc
 quo tendat tua oratio, intelligere mihi uideor,
 quasi per apogum. Hæc quoq; me censes face-
 re, si te habiturus sim. Quid ergo, si me erga-
 steris illis includam: num te ego habeam obse-
 quentem seruum? C H R Y. Imò uero erronem,
 fugitiuumq;: ac uix ea tibi ministrabo, quibus
 uitam extrema per omnia plebeius ducas cerdo-
 teq; ego magistratibus, honoribus, delicijs, uo-
 luptatibusq; arceri patiar: & cum spectaculis ac
 publicis ludis adesse contigerit, in infimos te ca-
 nearum gradus detrudi sinam, & aularum pene-
 tralibus extrudi: tum ridiculo haberí, contume-
 lijsq; affici, saepe inquinari, saepe pulsari permit-
 tam, absens tum nomen fidemq; amittere. M I-
 S O. Iubes igitur ne me castris illis classibusq;
 misceri, quo te tandem in usum conqueriram me-
 um, probum ac constantem seruum? C H R Y.
 Peiora ego tibi multa ex ijs polliceor, labores,
 pericula, uulnera. Et cum me res tuas procu-
 rantem, in uaria ablegaueris ministeria, non
 redibo. redibis uero & tu incomitatus, atque
 k 2 optimo

optimo priuatus seruo : risum tandem populo &
 uicinis præbebis senex. MISO. Haud expectan-
 da sane polliceris. Verum cum nihil usquam sit
 quod magis cupiam, quam te mi Chrysī, explica
 mihi hunc æstum obsecro, quo te precio, quo nu-
 mismate cōparare possum. CHRY. Dolo. MI-
 SO. Obolo? CHRY. Dolo inquā, non obolo.
 MISO. Sed cedō, quæ moneta dolus est: unde e-
 go adipisci potero? quæ in ea imago, quæ supra-
 scriptio est? CHRY. Magna tibi postulas expli-
 cari mysteria. Sed is, omnium nummus est ualidissi-
 mus. Hunc si habeas, me tibi continuò obsequens
 habebis mancipium: si hoc careas, operam ludis.
 Verum quando tam multis nos quæstionibus fa-
 tigasti, hostes, uolo ego te uicissim interrogare.
 æquum est enim, qualis futurus sit dominus, seruum
 nosse. nam & hoc facile à Mangone impetrare
 possum, ne me in difficultis domini seruitia, pro-
 bum & frugis bonæ compingat seruum. MISO.
 Rogami Chrysī, respondebo ingenuè. nam tu mi-
 hi seruorum omnium dignissimus prorsus uisus es,
 qui non manumissionem modo consequaris, sed
 imperium. CHRY. Recite tu quidem. nam cum
 manumittor, tum seruio. Verum quo te uocant
 tui ciues nomine, scire primum uolo. nam multos
 inuenies, qui haud meliores sint quam eorum de-
 signent nomina. MISO. Mihi quidem nomen
 Misope

Misopenes. C H R Y. Si pares appellationi geris animos, haud dubium quin confessim famulitij mihi præfecturā mandas, meq; pro hero cæteris imperantem, & cupita comportantem, atq; inuisa submouentem constituis. Verum & patriā(nisi molestum sit) eloquere. M I S O. Penia mihi natalis ciuitas. C H R Y. Ampla urbs quidem, & nobilis, sed profugis infamis ciuibus: quippe quam non secus atq; Apulam Salapiam oppidanè fugiant, ac ueluti pestilentem execrentur. Sed quo te genere natum prædicat? M I S O. Harpagonum, quo plures insignes uiri prodierunt, qui impenaria, magistratus, præfecturasq; gesserunt strenue, remq; familiarem ex angusta opulentam reddiderunt. C H R Y. Mirum, te tanto prognatum genere, sordidum adeò, incomitatumq; procedere, ornatu propè nautico, pannoso pallio, crepidisq; detritis. At qui gentilitium esse in Harpago num familia scimus, nec chiragris uexari, nec scalis peti quod manu capi possit. M I S O. Verum id quidem: sed meliora parari nobis uetuit hactenus professio, tametsi nec segnis uoluntas fuerit, nec frigidum desiderium. C H R Y. Quam tu ergo artem profiteris? M I S O. Nullam, sed sum philosophus. C H R Y. Non noua mihi, aut inaudita prorsus philosophi est appellatio, sed nominis uim rationemq; desidero. Cedò igitur, quid k 3 est phi-

est philosophum esse? M I S O. Eorum que sunt
in uita, quæ contingunt fiuntq; spectatorem:
quasi in mercatis, et ludorum celebritatibus, ni-
bil aliud agentem hominem, cum occupentur cæ-
teri. C H R Y. Fucum mihi descripsisti. nam et
is cæteris quidē apibus sub sole laborantibus, cel-
lasq; fabricantibus, ignauus spectator sedet. M I-
S O. Ne tu inclementer dixeris, Chrysi, præcla-
ro nomini, fuci enim simus, Sophiæ tamen (quod
et nomen indicat) amatores sumus. C H R Y.
Ego quidem de nomine litem infero nullam: sed
si aliud nihil quam spectatorem philosophum fa-
cis, dico ego cui illi simillimum esse eum, quam
die perdam uulgo dicunt. Nam et illa quoq; sta-
gnorum supercilijs insidens ociosa, circumspe-
ctat, donec uniuersum diem (unde illi cognomen-
tum inditum) perdat. Num et ego quasi arena-
rius spectatoris futurus sum seruus? M I S O. Ne-
que tu Chrysi, si quæ in spectando contemplan-
doq; uoluptas est, sensu tuo gustare posses, ge-
nus hoc uitæ professionisq; contemnendum adeo
duceres. C H R Y. Ego quidem ô Misopenes,
tabulas saepe tum Parrhasij, tum Apellis, saepe e-
tiam Myronis, Polycletijs signa contemplatus
sum: atq; ubi ea oculis lustravi satis, uocesq; illa-
laudantium auribus excepti, discessi tantisper le-
tus, dum ea intuerer. Saepet etiam regias mensas,

atq;

Atq; conquisitam illam undique epularum copiam, nidor emq; non oculis modo, uerum etiam naribus hausi meis. Sic forma præstantium quoq; virginum facies interdum admirans, uoluptatis non nihil cœpi, dum in illas defixis luminibus hæverem: uerum cum inde discedentem me nec imagines statu et ue meliorem fecerunt, nec splendide regum cœnæ esuriem ademerunt: solumq; leo accubantem me, ac totis lumbis ad puellaris formæ memoriam ardente, uidi, tum me non uoluptatis modo quicquam, sed molestiæ dolorisq; occupauit plurimū. adeò nullam ego in spectando uoluptatem censui, neq; censeo, nisi quæ utilitatem quoq; simul afferat. M I S O. Non ne ego dicebam Chrysī, cum te Gigantem iouemq; faceres, difficile esse seruili ingenio hominem, solertem esse? Tun illam spectaturum uoluptatem, quæ oculis & corpore quæritur, dixisse me putas? At ego ueram illam summamq; autumabam, quæ animo menteq; & internis quibusdam oculis concipitur. C H R Y. At quænam est ea Misopenes? humanum ego domicilium hoc sæpe audiui, fenestris quinque ad apertum esse, easq; solas esse uoluptates, quæ per eas ad animum admittantur: ijs uero obseratis, uel sublati, nullas esse. M I S O. Initia quidem à Chrysī, per eas, uoluptatum ad animum usq; per

tingunt. sed ubi ea applicuerunt, reieclis cæto-
 ris, sola illa uera solidaq; uoluptas in illo per-
 manet, quæ ex naturalis ueritatis speculatione
 proficiscitur. Eaq; illa Sophia est, qua maxime
 philosophi spectatoresq; dicuntur, uerisq; maxi-
 mè uoluptatibus frui possumus. C H R Y. Moui-
 sti risum Misopenes, qui nos seruili ingenio esse
 dicis uenalia mancipia: cum non seruili modo, sed
 hebetissimo te esse palam indices, pugnantia atq;
 impossibilia proferas. Quónam etenim pacto con-
 templari ueritatem eam quisquam potest, quæ, ut
 uetustissimum quendam uatem scripsisse audio,
 celata manet homines, haud cognita cuiquam?
 Namq; illam superi secū tenuere latentem. Quid
 est quod per speculum in ænigmate uidere phi-
 losophus possit, cuius oculus ad ea etiam quæ in
 natura maxime nuda apertaq; sunt, non secus ac
 uespertilionis ad solares radios, hebes mancusq;
 sit? Non ne ueritatem profundissimis atq; inac-
 cessis puteis latitantem, mortales à priscis etiam
 seculis inuestigantes, incassum laborarūt? M I S O.
 Vera esse non inficio Chrysī, quæ differis. Sed
 non usque adeò illa abstrusa est, ut non aliquis sal-
 tem, uel hallucinantibus nobis, radiolus eius efful-
 geat. Ex nostris quidem longè prudentiſſ. Aristo-
 teles, amplius oblectari se ait exigua eorum parte
 quæ leuiter quoque de maximis naturæ secretis
 atti-

attigit, quam si cuncta alia tenuisset: quemadmo-
 dum amatæ puellæ digitulus, iucundior uidetur,
 quam si cæterorum hominum membra tota in-
 spiciantur, contrectenturq;. C H R Y. Inepte sane
 quisquis ille Aristoteles fuit, qui tenuem atq; am-
 biguam adeò scintillam, tantis studijs, tanto labo-
 re atque apparatu consecrandam putauerit, quæ
 uasto hoc mortali iustitiae pelago non aliud mo-
 mentum allatura sit, quam Oceano salis grumus.
 Atq; ideo cum te Sophiæ, hoc est (sicut ego exi-
 stimo) sapientiæ amatorem nuncupes, non video
 quid prospicat amatorem te esse, ubi iam quid ames,
 nescias: aut si quicquam uel exiguum notione com-
 prehēdes, eo potiri non possis. Inutilis ergo pror-
 sus uestra ista redditur tam appellatio, quam ar-
 mandi spectandiq; professio. M I S O. Obscro-
 mi Chrysī, Athenis' ne, an Alexandriae eruditus
 es, qui argutè adeò philosophum uellices? C H R Y.
 Ego Athenas, Alexandriam' ue, studiorum gra-
 tia profectus sum nunquam, neque literas un-
 quam didici: sed mortalibus multis operam præ-
 stiti non exiguum, qua literatissimi facti sunt, ex-
 habiti. Imò uero nonnullos adeò meo præsidio
 pollētes feci, ut cum rudes, ignavi, indocti q; per-
 seuerauerint, peritissimi tamen apparuerint, ho-
 noresq; meruerint uulgo maximos: ita ut transe-
 uitibus ipsis, nudauerint capita contribules sui,

ac de semita cesserint. M I S O. Mirabiliora etiam
 nunc narras, quam quæ nuper, uires tuas prædi-
 cans, Chrysī. Verum quando bonum adeò conse-
 cutus es genium, pergam ego, ut intelligas quid
 sit philosophum esse: ob eamq; rem dignissimum
 me putas, qui tibi imperē, cum te meū fecero. Exi-
 gua, aut certe nulla professionis nostræ pars est,
 quæ in spectando speculādoq; uersatur: uerū a-
 liam maiorē longē, ac difficiliorē nobis proponi-
 mus. sicut duas quoque animo nostro partes, ui-
 resq; habemus cognitas, quibus actuū nostrorum
 omnium initia, progressus, finesq; diriguntur. nam
 neq; intelligere, nosseq; prodest quicquam (quod
 mentis maximè proprium est) nisi ea quoq; que
 uera, atq; ideo bona esse concepimus, & uelimus
 pariter, & agamus, quod appetitu quidem uolu-
 tateq; conficitur. ea autem pauca adeò sunt, adeò
 nuda, adeò aperta, adeò simplicia, adeò nobis à
 natura ipsa insita, genuinaq; ut etiam sine literis,
 sine disciplina, adipisci omnibus facile sit: ac neq;
 Athenis, neq; Alexandria, nec tantis doctorū gre-
 gibus opus sit, sed uoluntate. Hoc me ex nostris
 multi cum docuerint, Socrates tamen quidam no-
 bis insurrauit primus, qui tum perfecte phi-
 losophiae opus esse dixit, ut quis sibi persuasisset,
 nihil malle quam bonum fieri. C H R Y. Perspi-
 cuē ergo nunc, planeq; intelligo Misopenes: uita
 ergo

255

ergo philosophum facit, non doctrina. MISO.
Ita est (ut uerum fatear) Chrysī. Neque enim,
quam amare sectariq; profitemur, Sophia, illa
scientia constat, sed magis bonæ mentis consci-
tia. CHRY. Hoc animo mihi naturæ uis quæ-
dam intestina suggerebat, atque ideo cum tumi-
dos istos atque inflatos, nouo quodam ornatu fa-
stūq; gradientes, tum linguae uolubilitate, flu-
xaq; eloquentia Pythagoram Platonemq; sem-
per resonantes audiebam: alios item cōtortis qui
busdam atq; inextricabilibus disputationum am-
bagibus de ueri falsiq; ratione, & de terrestri,
sublimi, cœlestiq; natura, inuicem semper ad
probra usque & insaniam digladiantes uidebam:
adduci nunquam poteram, ut hos philosophos
crederem. aliudq; esse suspicabar, quod rationa-
bilius peti ab ijs oporteat, quam inanem hunc uer-
borum strepitum, falsamq; adeptæ ueritatis opi-
nionem. Verum euge Misopenes, bonis (si uoles)
auibus in mercatum uenisti hodie. Quandoqui-
dem illam ipsam, quam amare tantopere te præ-
dicas, Sophiam, hic mecum uenalem uides. Ecca
ipsa est. Tu illam cura mecum pariter ut ue-
neat: beatissimus prorsus futurus, si ambo tibi ser-
uiamus, tuq; nobis herus, nos tibi simus mancipia.
MIS. Id primum curemus Chrysī, quo pacto te
meum faciam. Nam si te habeam probum adeò ac
ualen-

ualētem seruum, nihil est quod Sophia quāram.
 Sed neq; argentum mihi est, nec nummatus adeo
 huc ueni, ut duo comparare simul possum manci-
 pia. C H R Y. At argento(ut dixi) opus non est,
 si me petis: conseruam uero(tantum abest ut pe-
 cunia opus sit) nisi argentum abs te abdices, em-
 pturus non es. M I S O. Quando tam uili & ea
 comparari potest emptione, aggrediar, si prius
 pauca emptoris more perquisiero. Salue Sophia.
 Formæ iniuriam facis. nam bella adeo cum sis, hi-
 spidus iste, incomptus, agrestisq; cultus uendibi-
 lem minus facere uidetur. Cur caput quasi perso-
 nata obnubis, faciemq; obumbras crinibus? s o.
 Sepe, hospes, aperta facie in publicum prodij,
 sepe formæ periculum feci, nosse pariter cupi-
 ens mortalium de me iudicium. Id haud cessit pro-
 spere. nam fustibus saxisq; pulsata, ferro etiâ flam-
 misq; impetita, intempestiuæ ostentationis pœnas
 dedi: itaq; delitescere satius uisum fuit, atq; ope-
 riri, si quis paulo sanior adueniat, qui nec turbæ
 concinat, nec me quasi insanam spernat. M I S O.
 Factum probè. Cæterum amauit ego te Sophia, ta-
 met si nunquam cominus uiderim. & nunc etiam
 amare me fateor, ac uenisse quo te mihi compa-
 rem: si te talem inuenero, qualem isti prædicant,
 qui tam multa tuis laudibus uolumina dicauerūt.
 Quare alleua(si placet) faciem, ac responde, uni-
 de tibi

de tibi origo genusq; est? s o. Genus mihi uetus
 stissimum, ante mare & terras & quod tenet om
 nia coelum: patria uero Aonia. M I. Nulla tibi
 (ut video) nobilitas aequari potest. Verum aga
 mus paucis. Ancilla mihi opus est, quae neat, te
 xat, pensum faciat, ædis uerrat, cottidianum fami
 lie cibum coquat. num ista procurabis doctes?
 s o p. Nihil. M I S O. Num uernulas scies mihi
 parere, si te seruo cuiquam in contubernium dede
 ro? s o p. Nihil. M I S O. At uxorem saltem foris
 comitaberis pedissequa, domi uero penarium cu
 stodies? s o p. Nihil. M I S. Non ex usu nostro ser
 ua hæc est, Chrys. Age Sophia, responde obsecro
 pluribus. nam nihil istud, nihil est. Quod'na tibi
 negotium transfigendum dabo, si te emero? quid
 est, quod scies facere? s o p. Omnia. M I S. Quin
 tu istam orationem perplexabile amoue, Sophia.
 nam & inter Nihil & Omnia, rata nulla cadit ra
 tio. Quid est inquam, quod peculiarius de te ipsa
 polliceri possis? s o p. Imperare. M I S O. Impe
 rare? hoc dominorum, non ancillarum est pro
 prium. Verum tuo ex imperio quid mihi nanci
 scar commodi? s o p. Honores, famam, uolupta
 tem, diuitias, uirtutem, ueritatemq;: atq; hæc im
 mortalita, æterna, quæ nec auris audiuit, nec uidit
 oculus. Atq; illud primum imperabo, ut hunc de
 se ipso iactabundum Chrysum abiicias, neq; tibi
 familias-

familiarem facias. C H R Y. Indigebis, si me abijcis, Misopenes. M I S. Atqui mori melius, quam indigere. Verum age Sophia, haec omnia iam mihi pridem pollicitus est Chrysitus. Cur non ambo mecum pariter atq; amicè cōmoramini, atq; ea agitis, quæ frugi mancipia parare dominis solent? S O P. Quia cōgenitæ nobis inimicitiae sunt. Eaq; utrig; naturalis peruvacia, ut agente altero, uresq; suas expediēte, subsideat alter, atq; imbecillus fiat. Nihil uero est quod rem familiarem, dormumq; exagitet magis, quam perpetuae seruorum rixæ: ita ut herus ipse sibi dissidere cogatur, confictariq; semper intrinsecus. M I S. Recte quidem Sophia. Sed si ego te præoptauero, Chrysiumq; non emam, quando mihi ista quæ polliceris præstabis? Vides ut præsenti opus sit præsidio, nudo atq; esurienti homini. S O P. Tempori tibi ista cōferentur, ac cum esse desieris. C H R Y. At ego tibi ò Misopenes, ista actutum, confessimq; præstabo, ita ut repente fortunatum te, beatumq; homines dicant, salutent, comitentur, deducant, assentiantur, arrideant, mittant munera, ad cœnam uocent, excapitientur, ingeniculenturq; paresq; tibi penè ac dijs immortalibus honores exhibeant. M I S O. Sæpe ego audiui Sophia, ho- dierna crastinis meliora esse: meliusq; sibi consulerere homines uulgo dicitant, si quamcunq; Deus sibi

Sibi fortunauerit horam, grata sumant manu,
 nec dulcia in annum differant. Multa mibi &
 magna, & uiuenti, & repentina (ut uides) pol-
 licetur Chrysius. Amaui te, non negabo, Sophia:
 sed auribus. ingens namque te laudantium tur-
 ba permouit. nunc cum te præsentem intueor,
 futura, incerta, longinqua promittentem: simulq;
 animo subit, quod eos qui tibi maxime obsequen-
 tes fuisse dicuntur, egentes, calamitosos, affli-
 ctos uiderim, & (quod contrà fieri oportuit)
 diuitium ianuas semper frequentantes, quo sibi ne-
 cessaria mendicarent: non possum & ipse præsen-
 tibus necessitatibus nō moueri, atq; auxilium quā
 datur sumere. Me quoque memini, dum te ni-
 mium, ac plus fortè quām uulgaris usus postulet,
 studio linguaq; consecrarer, & quæ tibi grata esse
 didiceram, animi libertatem, generosos spiritus,
 popularis auræ contemptum, ueritatis diligen-
 tiā, uanitatis horrorem, inficiæ ignauia & frau-
 disq; despectum præme ferrē, atq; in familiarem
 usum uerterem, omnia mihi aduersa contigisse.
 Nam & Regum supercilia, & aulicorum canum
 latratus, & ianitorū cōtumelias, & potentiorum
 fastus, & diuitiū repulsas, & iudicum iniurias, &
 vulgi insaniam expertus sum: tuum exiliū, egesta-
 tem, vincula, fortunarumq; direptionē perpessus:
 atq; hæc Minerua ipsa teq; inspectatibus, opemq;
 nullam

nullam & subsidium nullum clienti uestro ferentibus. Quæ nam igitur iusta accusationis tibi superest causa, si fessus atq; extreme nimium indigens, hæc omnia lenientem Chrysium, leuatemq; demiror, atq; in seruitum adsciscere quibuscumque rationibus nitor^{s o p}. Simile quiddam tibi eueniet, si me deseris Misopenes, quod de via siti-
 enti homini quandoq; euenit: qui, tametsi purum liquidumq; suauissimi fontis liquorem in vicino esse doceant comites, atq; ideo perferendum, du-
 randumq; esse suadeant, donec ad eum peruenie-
 rit, ille impatiens tamen, oblatam turbidam fecu-
 lentamq; qualēcumq; de lacunis aquā ingurgitat.
 Splendidum hoc præterea, per quod longè notus
 per doctorum hominum ora uolitabas, interibit
 nomen: proq; philosopho, Philochrysum, inui-
 sum cœlo cognomentum, sumes. Sed nec felicius
 potieris uoto forsitan Misopenes. nam & hunc,
 quem blandum adeò, ac cōparatu facilem putas,
 infiior instrumentum, si uti scias, neq; adipisci-
 ris, neq; adduces unquam, neq; ulla ratione tuum
 facies, nisi Primigeniæ fortunæ perfusus numine,
 maternis latebris in lucem prodijsti: aliter non ui-
 ribus ullis, non dolo, nec duro poteris conuellere
 ferro. atq; hæc puta tibi uatem dixisse. Quamob-
 rem attolle oculos, si placet: & nunc, quando ue-
 nala

nalis tibi ultro offror ancilla, quamq; uel solo no-
mo comparare potes, eme si sapis, atq; oblatā oc-
casione arripe. MISO. At id facile factu est,
si nummo uenire potes: mora nulla fiet, emēris.
SOPH. Nomo dixi comparari me posse, nō num-
mo. MISO. Sed neq; nomi quale nomisma sit,
exploratum est satis mihi: neq; Primigeniā, quam
memoras, fortunam noui. At nescio quo pacto in-
cidi ego in conuoluulos istos. nam neq; serui de-
disse mihi hodie uidentur uerba, sed sphingos. ita
doli, nomi q; inaudita monetæ nomina ostēdistis,
tum subobjcuris quædā ambagibus responsa mi-
scuistis, quæ me quasi phanaticum redditunt, incer-
tum q; prorsus faciunt, quem mihi ex uobis com-
parem, cum interea esurire ipse non desinam. Sed
certum est quid agam: alea, talisq; sortiar, auſpi-
caborq; , quæ mihi ex uobis seruientē uelim fieri.
Affer properè huc talos Mango. Ecce mihi tali-
tres sunt in manibus. unus ego cum sim, quasi duo
simus, per leuigatā hanc mensam iaciam: dextræ
nomen Herculis iudicabitur, nam & is Chrysio
thesaurisq; designatus est deus: lœuam Mineruam
dicam, quando illam Sophiæ, ducem patronamq;
esse autumnant. Dextra igitur primū iaciam.
Adsta, propitiare Hercules basilice, iactauit pro-
pérè. Venus mehercule prodijt. Nunc lœua talos
mittat. A dsta armipotēs Minerua. Quid' nam est?

Canis est, uicisti Hercules: salue saluator Hercules.
 Chrysium nobis in columnē serua: probum, officiosum,
 curacē, uigilacemq; effice nobis seruum.
 Iam ego hinc abeo, atq; hūc mihi adduco, dextro
 Hercule, Chrysium. Mingo, precium Græca fide
 persoluam. Tu uale, dum redeo, SOPHIA. Ita
 Chrysū manu capiēs festinus abibat Misopenes.
 Sed et ipse continuò manum iniecit Mingo, atq;
 abduci uetus, nobilia mancipia exportari de
 prouincia posse negans, ni Fortunam deam prius
 emptor exorauerit. Eam cum adiisset Misopenes,
 inexorabilem nactus (quippe quæ adamantinis fa
 talium rationum inspectis libris, eius nomen nus
 quam scriptum inuenisset) deos, deasq; omnes qui
 nascenti affuisserent incusans, rursus Herculem pre
 cabatur, ut fortunam (qui cætera quoq; monstra
 domuisset) beneuolentem redderet. Id se facturū
 (qua est uirtute) recepit Hercules, lœtumq; cum
 Chrysio Misopenē dimisit. Qui marmoream co
 lumnam subinde foro statuens, honoris et memo
 riæ causa, hunc illi titulum (qui nunc extat) in
 sculpsit:

HERCVLI VICTORI, QVOD ME
 LIOREM SORTEM FECERIT,
 FORTVNAMQVE EX INFENSA
 PACATAM PROPITIAMQVERED
 DIDERIT, MISOPENES PENIA.

163

TES PHILOCYRYSIVS, NVMI
NI MAIESTATIQVE EIVS DICA
TISSIMVS, VOTO SV.
SCEPTO.

MISOPENIS PANDVLPHI
Collenutij finis.

APOLOGI III

Argumentum.

Pro ueritate pugnanti, tam vulgaris calunnia,
quā uanitas ipsa contemnda est. in quo quidem In-
dignationis deae sacer filius Momus, salutaris
reprehensor, ueriq; propugnator de-
us, bonis uiris colendus, ado-
randusq; est.

ALITHIA.

Raues quondam Alithia cum
Vanitate inimicitias exercue-
rat. & cum magnis utraq; uiri-
bus pollere uideretur, ingentia
insuper præmia ijs qui alteru-
ram partem sequerentur, ostenderet, uniuersum
penè orbem (magnō gentium omnium malo) in se
conuerterant, & nō priuatos homines modo, sed
l 2 & ciui-



& ciuitates ipsas, prouinciasq; & nationes par-
 tum studia incenderant, alijs Alithiam, alijs Va-
 nitatem inuocantibus. De genere primum con-
 tentiones ortæ sunt, utraque in deos genus refe-
 rente: illa IOVEM, hac DITEM originis auto-
 rem iactante. Forma utriq; insignis, sed ad quam
 intuentum oculi persæpe caligarent: uires amba-
 bus auxiliarium copiarum, clientumq;, longe di-
 spares. Numero Vanitas, illa robore prestatre ui-
 debatur. Præmia in propatulo: Vanitas ostenta-
 bat maxima, ad quæ paßim præcipites ferri om-
 nes uidebantur, diuitias, uoluptates, honores, re-
 gna: Alithia clausam proferebat arcuam, quā sa-
 cram uocabat, auro ac gemmis fabrefactā, in qua
 fœlicitas sapientum opinione conclusa esset, & grē
 paucisq; percognita. Tentauere pleriq; magni-
 atq; insignes uiri, inter illustres fœminas pacem:
 quod ea res ad publicam salutem pertinere uidere
 tur. Id cum non procederet, consilio procerū in-
 dicto, req; magnis cōtentionibus acta, hæ tandem
 patrum decreto conditio[n]es sunt dictæ: Conue-
 nirent utraq; ad conditam diem, communem sibi
 iudicem deligerent, exercitum quantis maximè
 possent uiribus compararēt, arma sibi quisq; pro
 arbitrio sumeret, pugnam impigre pugnarent,
 præmia utriq; pro dignitate essent, relegatio ui-
 etæ, uictrici laurea. Cum placuissent conditio-
 nes, ad

nes, ad Sideropolin pugnæ locus nuncupatus est.
 De iudice diutius agitatum. in Herculem tandem
 summo consensu, totius rei arbitrium relatum est:
 qui præter quod monstrorū domitor insignis es-
 set, atq; ætate uenerabilis, rerum usu quoq; ac sa-
 pientia per ea tempora sine ulla dubitatione præ-
 celleret. Cum in campum ad diem dictam (ea so-
 lis fuit) descendissent, operæ preciū fuit, utriusq;
 tum ornatum, tum comitatū uidere. VANITA
 Ti apparatus splendidus, fulgens, & qui oculos
 quoq; perstringeret, uermiculato opere polymi-
 tarioq; crustatus, emblematis picturisq; oblectas:
 armorum (quæ corijs arborumq; corticibus, &
 papyracea interdum textura constarent) aura-
 tis bracteis & coloribus mille, superficies oblita:
 ipsa personata, enormi facie ad Græcanicam fer-
 me speciem, Fastum pone, & Suadela, quas præi
 re iusserat, procedebat. Comitabantur turmatim
 undiq; miro spectantium plausu, Astrologi, Ge-
 nethliaci, Chaldae, Chymistæ, Impostores, Legu-
 lei, Causidici, Sophistæ, Circulatores, Magi, Græ-
 culi, Interpolatores, Historici, (ij præcipue qui
 uiuentium regum texunt historias) & poëtarum
 plurimi. Tum ignobilior quædam augurum, con-
 iectorumq; turba: Adulatorum item atq; ardolio-
 num, & sexcenta huiusmodi sequebantur mon-
 stra. Gigantes etiam affuisse quosdam fama est. VI

timū claudebant agmen Superstitione duce, Phantasmata, Lemures, Vmbræ, Imagines, Larueq; multiplices, & stolidarum opinionum confertissimi cunei. Gladius nulli, nulli clava, uel bipennis fuit: arcus tantum, tum nocturna & clancularia passim tela,hami,fuscinæ,decipulæ,laquei, harpagones,uncī,tendiculæ,fisci,uiscatæ uirgulæ,mileq; huiusmodi. Signū illis bubo fuit. ALITHIA contrā,generosam ductabat aciem, Solis imaginē insigni uexillo præferentem, quietā, imperturbatam, toruam, solido metallo (sive id aurū, sive æs, sive argentum esset) instructam. intecta omnibus capita: thoraces ænei, nudi pedes. acutissimus dexteram armabat gladius: lauam codices, qui clypei uice fungerentur, ornabant. aduenticio nullo cultu, nisi quod uittis, que crines circumnecabant, adamas ad frontis summum affixus, collucebat. Ipsa quadrato incedens agmine, Fidem inter ac Diligentiā media conspiciebatur: procero corpore, habitu propè diuino: ueste candida, sed per spicula, per quā coelo demeans color, & membrorum puritas appareret: fronte hilari, nudis laceris,stellato uertice, acie oculorū (qui magni aperi-
tiq; essent) acri, claraq;: crinibus per corpus omne diffusis, radiorum instar solis omnia collustrantibus, qui turbæ uisus hebetarent, uulgaresq; con-
spectus clauderent. Præfecti, Tribuniq; miro ordine ac

ne ac silentio sequebantur. Hos legumlatores, po-
 pulorumq; duces, Physici quoq;, & nobilioris
 sectae philosophi, iuris consulti, imperatores, milie-
 tesq; fidissimi: sed & regum optimi, & medico-
 rum præstantissimi: quinetiam (& quod magis
 mirere) agrorum cultores plurimi, & qui pasto-
 ralem uiuunt uitam, architecti quoq;, machinato-
 res, & nobilium artificum cohors, inuentas &
 qui uitam excoluere per artes, inter clientes nu-
 merabantur. His immixtus suo ordine uenerabi-
 lis ac pudicus Musarū chorus, nexis in gyrum ui-
 cissim manibus, pæana canens, & phalangem lu-
 strans, circumbat. Impedimenta his nulla, exter-
 ni comites nulli. Primam tantū ante aciem M O-
 MV s, quem Mercurio & Nemesis satum dicerent,
 sublimis ferebatur: atq; (ut est oculatissimus deus)
 hostium consilia, gressus, artesq; omnes, specula-
 bundus obseruabat. Ad hunc modum cū instru-
 ctæ acies, paratæq; essent, magno gentium omni-
 um populorumq; spectaculo, dato utring; signo,
 atrox conseruerunt prælium. Maxime uero circa
 principia concursus factus est, antesignanis, qui
 Vanitatis ordines ductabant, magno strepitu, &
 dissonis frementium uocibus, Alithiam petenti-
 bus. Neque enim difficilem, sublato duce, reli-
 quam uictoriam putabant. Alithiae præfeci e-
 gregiam pro se quisq; nauabant operam, sed stata

riae pugnæ perisimilem. Verum M O M V S strenue pugnando, inter primos terrorem inferebat, atq; ingenti clamitans uoce, Ita'ne (aiebat) surda monstra, fœdiſſimæ ſæculorum pestes, sacrosanctum ALITHIAE numen impetitis? ſimulq; infestis concurrens armis, captis cæſisq; plurimis, tela perstringere, abrumpere, detruçare, & perſonas quibus hostium uultus tegerentur, capitiibus demere gaudebat: & palam quid quiſque eſſet ostendere, ne quiſ deinceps Lamiau terriculamenta pauesceret. Centimanum hunc fuſſe ferunt, belacißimum deum, acrem, conſtantem, contemptorem, intrepidum, liberè pronunciantē, ad omnem uani, praui, falsoq; ſuſpicionem præſentiſſimi ſenſus, tenerū, irritablemq;, & quiſe quoq; diſ genitum meminifſet. Ad extreſum, cum ad uerſe rum uſq; pugnatū eſſet, hostes fuſi fugatiq; ſunt, Vanitas capta. Ea cum in conſpectum uenifſet Herculis, qui ſublimi ſuggestu, acerrimi iudicij arbitri, certamen omne ſpectauerat, blanda & sagax foemina apud ipsum dari ſibi honestum aliquem precabatur locum. Alithia contrā, relegari illam ex fœdere, uel ſibi tradi iure belli depoſcebat. Tum Hercules, facto per præconem ſilentiō, ſonora uoce, & quam omnis multitudo haurire poſſet, in hunc modum uerba fecit. ALITHIAE, forti foeminae, meritoq; uictrici, lauream deberi

deberi denuncio, eam apud me esse in perpetuum
iubeo, Mōmum illi (quando strenuè eius partes tu-
tatus est) uirum trado: Vanitati liberum exilium,
atq; apud uulgas hospitium esse permitto. Vulgus
autem, non uestis distinguat, non genus, non ho-
nor, non census, sed animus. Hæc cum intonu-
isset Hercules, proceresq; probassent, de Alithiæ
*Momiq; coniugio mussare quidam, atq; addubi-
tare uisi sunt Vates, quod ex eo Odium filium pa-
rituram esse quandoque Alithiam præ sagirent.
Tum Vrania Musarum sapientissima, nō ideo mi-
nus probandum coniugium esse dicebat. Nam &
nos (inquit) Louis filiæ, inter Vanitatis comites,
Odium uulgo dicauimus, Alithiam uero Mo-
mumq; cœlo iampridem sacrauimus. Eo tem-
plum Alithiæ dicatu: cuius summo fastigio, gran-
dibus planè ac conspicuis literis, huiusmodi titu-
*lus insculptus est, SVS QVE DEQ VE.**

ALITHIAE PANDVLPHI COL-
 lenutij finis.

A P O L O G I I I I I .

Argumentum.

Ingentis eius Bombardie impetus, quo terribilius
 nihil ars unquam inuenit, in ea quæ de vacuo & inani-
 feruntur, rationem referendam esse.

BOMBARDA.



Vm urbem sibi quandoq; ædificasset PHRONIMVS, eamq; optimis institutis fundasset, et legibus, eius tuendæ cura ab externo rum finitimorumq; iniurijs angebatur. eos ergo qui per ea tempora Sophistarum primi haberentur, consulere statuit. Heraclitum inter primos præstare tum cæteris, fama erat. Huic Ephesus patria fuit: cognomentū Scotinos, quod sententias suas obscurius, ne uulgo contemptibilis fieret, pronunciabat. Interrogauit ergo eum Phronimus, quid esset quod ad hostium uim arcendam maxime polleret: Si ouum, inquit Scotinos, inspexeris: atque abiit. Cum uolutasset a nimo diutius Phronimus, quid sibi oui symbolum uellet, nec tamen assequeretur, ad Diogenem Sinopæum Cynicæ hæreseos clarissimum professorem, contendit. Is uiuendi libertatem naturæ consentaneam adamabat, semperq; aliud agenti similis, uix uerbum ullum, quod nō perplexibile esset, respondebat. Hunc igitur tum fortè ad fontem sedentem, castaneisq; uescente, rogauit, Quid esset quod hostes ab urbe quam ædificarat, abterrere posset: Hāc, Diogenes inquit, interrogat. manuq; extenta castaneam ostendit, simulq; hominem ab se dimisit. tum discedens Phronimus, ac Sophista rum

rum ambages, ouumq; & castaneam, seq; ipsum
qui illos interrogasset accusans, urbium custo-
dem PALLADEM, mirificam deam, adire statuit.
Arcem igitur cum ascendisset Palladis, ac noctur-
na dracone litasset, qua maxime ratione hostem
mœnibus arcere posset, consulebat. Respondit
numen: Tum maximè uoti compotem futurum
Phronimum, cum oblatum soluisset ænigma. id
erat huiusmodi:

Vulcanus genuit, peperit Natura, Minerua
Edocuit, nutrix Ars fuit, atq; Dies. (stum.
Vis mea de nihilo est: tria dant mihi corpora pa-
Sunt nati, strages, ira, ruina, fragor.

Dic hospes quid sim, num terræ, an bellua ponti?
An neutrum? aut quo sim facta, uel orta modo?
Aenigma cum accepisset Phronimus, ac peruaga-
tis late regionibus, quæ nam deæ sententia, quid'-
ue id monstri esset, cum uarias sortes, tum disci-
plinarum quoque studiosos percontasset, oraculi
anxius. Expertos (inquit) interrogare satius est,
quam scientes uel deos. Nam & Sophistæ ludi-
fiant, Dij uero non omnibus sese intuendos præ-
bent. Ab Hercule igitur sciscitari placuit. Her-
cules magnis exantlatis laboribus, magnam sibi
comparauerat non fortitudinis modo (qua omnes
antecelleret) sed usus quoq; ac sapientiæ gloriam,
& (quod celsi animi indicium esse præcipuum solet)
ad eum.

adeuntibus se facillimum comēq; præbebat. Eum
 igitur Phronimus de scirpi enodatione cum ro-
 gasset, grauissima oratione, atq; ex Mineru ip-
 sius sanctuarijs deprompta, ad hunc maxime mo-
 dum respondit. Natura cum sibi rerum omnium
 imperium uindicasset, & non omnes (quod in au-
 lis principum euenire solet) eundem dignitatis &
 gratiæ locum apud ipsam tenerent, Artem, For-
 tunam, Tranquillitatem, Immortalitatem, multos
 etiam melioris notæ deos (ut est in plerisq; nouer-
 ea) inuisos habebat. Vacuum uero in primis, ama-
 ro atq; implacabili persequebatur odio: cum quo
 quidem ab ineunte ætate, nihil quicquam unquam
 conuenerat. quin & nomen ipsum quoq; horrere
 uidebatur: dato etiam Iunoni, Neptuno, Acoloq;,
 uebementissimis dijs, negotio, ut illud quantis ma-
 xime uiribus possent, insequeretur, fugarent, pel-
 lerent, & ne momento quidem cōsistendi spaciū
 præberent: ac si fieri posset, occiderent. Ita cum
 quotidianis propè prælijs decertarent, fessumq;
 tandem calamitatibus Vacuuū pacem desperaret,
 Vulcani ualentissimi Dei implorauit opem. Is
 cum uacui patrocinium receperisset, astu aduersus
 potentissimam deam agendum ratus, primum qui-
 dem æneam sibi sine ullis fenestrīs uaporarij sui
 edificauit domum; ac suspicionis uitandæ gratia,
 ne quis quid moliretur intelligeret, remq; ad Iuno
 nem

nem deferret (ea enim maxime præsentissima dea,
 Vacuum nec ubi latere posset, obseruabat) in ip-
 sis domus penetrabilibus, quicquid in escam, ciba-
 tumq; opportunum uisum fuit, comportauit, con-
 stipauitq;. id tribus ex rebus confectum fuisse pa-
 bulum ferunt. Ianuam uero grandibus saxis, ada-
 quisq; ui cuneis firmissime obstruxit, ut nullus
 prorsus aditus conspectus ue pateret, in intimum
 penetrandi. per posticū inde, quod angustissimum
 effinxerat, ingressurus, sequi se clanculū Vacuum
 iussit, nec ab se tantillū dimoueri: monens, ut cum
 esculentis omnibus absumptis, inanis ea pars do-
 mus, qua illa reconderat, futura appareret, ipse
 eorum locum actutū occuparet, ibi q; delitesceret,
 quietissimam ei sedem illam futuram dictitans, ut
 quæ Naturæ oculis imperuia, tum firma, tum ob-
 serata esset. Cum de cōpacto igitur in posticum
 descendisset, Vulcanus (ut est uoracissimus deus)
 ad auctis uiribus, annonā confestim omnem (quip-
 pe quæ uel momento consumptibilis erat) abligu-
 riuit, occupatus aditū locumq; comes continuò
 subsequutus est. Vix primum pedem intulerat Va-
 cuum in annonæ penum, cum patefactis insidijs,
 Iuno ingenti tumultu hostem opprimere festinās-
 s̄s. Sed quod ianua saxonum mole septa esset,
 posticæ uero custodie fumum scintillasq; Vulca-
 nus ad arcedam Iunonis rabiē opposuerat, omnis
 in irritum

in irritum conatus cecidit. Cum ergo in toto esse
 iam Vacuum, nec expugnari posse uideretur, in-
 dignata Natura: Ast ego, inquit, quando Vulcani
 dolis impetum, ipsa in certamen descendam, nec
 per legatos rem geram amplius. Ita ingens ipsa,
 & nativo robore terrificum numen, uniuerso ma-
 iestatis impetu properans, in medianum irruptus
 neam Vulcani domū, ac ruptis obicibus, & longe
 lateq; dissectis quæ obstabant saxis, usq; frago-
 re, toniurui fermè instar, & qui finitimos etiam
 terroreret populos, latitans obiruncavit Vacuum,
 ac liberam Iunoni sedem relinquens, Vulcanum
 siliceo damnauit carceri, lege dicta, ne quis eum
 inde, nisi ferreis uerberibus excitum, dimitteret.
 Et si quando Vacui suspicionem admitteret, capi-
 tale ei esset. Ex eo Vulcanus, ubi Vacuum adesse
 sentit, nisi persugio exitus detur, emoritur. Cum
 finem dicendi fecisset Hercules, & non tam Na-
 turæ ipsius numen, potestatemq; quam secreta di-
 centis mysteria, miraretur omnes, magnis ipse ac
 magis in ambiguo Phronimus uersari uidebatur.
 Tum Hercules: Ast ego (inquit) oraculum expe-
 rimento dissoluam, & sacræ historiæ meæ arca-
 num detegam, ut nec uana fuisse Heracliti Dioge-
 nisq; commenta deprehendas. Tresq; ædificari æ-
 neas domos protinus iussit, ad eam qua suprà æ-
 dificasse Vulcanum formam dixerat. totiusq; illius
 pugna

275

pugnæ, ut gesta erat, speciem quasi per Tragœ-
diam representauit. Eas subinde Tutelæ templo
dicauit, Phronimum monens, Prouidentiam deam
colere: & ea quorum usus in asperis futurus esset,
in prosperis parare. Ita (inquiens)
meritò dicere PHRO.

N I M V S.

BOMBARDÆ PANDVLPHI COLLE-
nutij finis.

BASILEÆ, EX OF-
ficina Ioannis Oporini, Anno M. D.
XLVII. Mense Maio.

188
M

189
M

190
M

191
M

192
M

193
M

194
M


195
M

196
M

197
M

198
M

199
M



7514-16

da quicq; magis inter addes in malitia eorū.

Deut uero nō adiuvātia nec letēria. 209

Ger res autē q̄ nō nocet eis q̄ sit uōrān̄ cōc̄ m̄
nāl̄ om̄p̄ cōs̄. v̄. q̄tūc̄tes cor̄l̄ | s̄m̄l̄z eḡm̄p̄
vna q̄n̄z cib̄z p̄oř̄l̄ p̄ař̄ aer q̄tūc̄p̄ ex̄is̄
ee p̄sp̄n̄. q̄ nō nocet in ch̄m̄s̄ t̄ nō ḡdāt m̄
eis̄ nāl̄s̄ m̄ q̄f̄t̄ meis̄ q̄ aut̄ noc̄t̄ meis̄. q̄ oē q̄ ex̄
nāl̄ m̄aliciāl̄ eor̄. Si q̄ q̄f̄t̄. q̄ oē q̄d̄ent̄t̄ m̄aliciāl̄ eor̄
q̄ nō q̄f̄t̄ m̄ noq̄. q̄ oē c̄ d̄ uōz̄ m̄p̄f̄l̄o m̄aliciāl̄ m̄ aliq̄
eḡn̄. T̄m̄ ist̄s̄ d̄ic̄ p̄po. op̄c̄ ut siāt̄ m̄ p̄oř̄t̄ m̄ ut
q̄f̄t̄. q̄ siād̄ q̄f̄t̄ t̄c̄ ad̄m̄l̄t̄ce eo q̄ nō nocet̄
t̄c̄. q̄ nō m̄ic̄m̄ cib̄s̄. t̄ me q̄f̄t̄ces̄ dām̄t̄ce ex̄ q̄
nō noq̄. t̄c̄. M̄c̄m̄ m̄ cib̄s̄ d̄ib̄s̄.

Potest tū aſ̄ ea m̄ cib̄s̄ oīo app̄el

209.

19-12-19.

... et in malis quicunq; ... et in
venustate vestra. Et quod
de omni opere vestre per me paciemus enarrare
vult castellus regis. Et e' q' in capitulo i' moni
hunc de vestrum pacem exalte. Ecce buo-
ti regi est regnum in celis ubi p

et regni quae illud q' vestri misericordia et miseri-
cordia vestra. Ecce buo-ti regni di-
cte me' diebus regis et corde regis et castello regis
et regno vestro. Ecce buo-ti regni
et regno vestro. Ecce buo-ti regni
et regno vestro. Ecce buo-ti regni
et regno vestro.

Quaerant uero a
caius sufficientia

enarrare me' misericordia
et regni vestra. Ecce buo-ti
regni et regno vestro.